ſunt alię differẽtię coloris in corporibus, vt ꝯgregatiuum ⁊ diſgregatiuum viſus, ⁊ alię illius in melodijs, nã ſemitonium ⁊ primus ictus ſoni vel vocis, ⁊ mole eſt ęquiuocum eſt album, nam ſi eſſet vnum aliquid ſignificatũ ab ipſo non haberet differentias ſpecie differentias, nã eorũdem eędem differentię.

**¶ Amplius quoniam ſpecies nullius eſt differentia/inſpicere oportet/ſi eorũ, quę ſub eodem ſunt nomine hoc quidem ſpecies eſt, illud autem differentia/vt clarũ/quod in corpore qdẽ/ſpẽs coloris, quod autem in voce/dĩa. differt enĩ vox a voce/eo ꝙ clara ſit.**

¶ Inquit etiam hoc conſiderandum eſſe ſi ſignificatorũ ab eodẽ nomine aliud ſit alicuius ſpẽs, ⁊ aliud dĩntia, nam ſi fuerit aliquid ſignificans talia ęquiuocũ erit, qa ſpecies alicuius non poteſt eſſe differentia alicuius. Nã effectiuũ ſpẽi eſt differẽtia, ⁊ ipſa eſt facta ab ipſa. Item aliud ꝑdicatur in quid vt ſpẽs, ⁊ aliud in quale, ⁊ ſpecies quãdoq; qdẽ eſt genus, ſed dĩa eſt generis, ſed nõ eſt genus. Item ſpẽs ſunt in quas gñia diuidunt. Et dĩntia ſm quas diuiduntur, vel ſm quas ſpecies differunt inter ſe, illud .ſ. album per hoc eſt ęquiuocũ, quia hęc aliqua ſpecies eſt de numero ſignificatorum ab eodem. Nã albũ in colore eſt ſpecies coloris, ⁊ aliud differentia, nam in voce album non eſt ſpẽs vocis, ſed differentia, nam differt vox a voce eo ꝙ eſt alba vel non.

**¶ De eo igitur/quod multiplr dicit/per hęc ⁊ huiuſmodi perſpiciendum.**

¶ Cum tradiderit principaliſſima loca per quę aliqs nõ ſceret ea quę multiplr ⁊ ęquoce dicunt, qa nõ ẽt etiã nõnulli modi pręter dictos inueniri ipſius inuẽtionis eorũ quę multipliciter dicuntur, ob id dixit [ꝑ hĩ ⁊ huiuſmodi.] Nã poteſt aliqs cognoſcere aliqd ęquoce dictum etiam ex ſignificatis ab eodẽ, quorũ aliud eſt ſpẽs ⁊ aliud indiuiduum vt homo. Nam erat etiã ꝓpriũ nomẽ olimpici pugilis de quo mẽtionẽ fecit in ethicis, ſimilr etiã coruus nomẽ nõ ſpẽz auis ſolum ſignificauit, ſʒ etiã rhetorez. Item ſi etiaz aliqd cõe nomẽ etiã ſignificaret aliquid eorũ quę ſunt ſub cõi ſpẽ ęquocũ ⁊ illud et ꝓpriũ eſſet. Etenĩ cõmune quod etiaz de cõi diffinitione ꝑdicatur, ⁊ de ſic ꝓprio dicto ſigt etiã illud ꝯdiuiſum generi ex cõi proprio. Item iuſtitia ſignãs ꝯ virtutẽ ⁊ diſtinctam illam contra alias virtutes ęquiuoca eſt. Similiter etiam nigrum. etenĩ diuiſũ cõtra albũ color niger vocat, ⁊ ꝓpriẽ appellat quo ſcribimus ⁊ pingimus. Itẽ erit etiam ab his quę ſunt ad aliqd acceptũ id qd multiplr dicitur, de q̃ mentionẽ nõ fecit, tñ id cõpertũ ſit. Itẽ ſi a differẽtibus ſenſibus ſignificat ab aliquo diſcernatur hoc erit etiam ęquocũ, vt diximus de colore, nam id qd eſt a viſu eſt aliud ab eo qd eſt auditus, vel hoc meminit cum dixit [⁊ huiuſmodi.]

**¶ Differẽtias aũt in ipſis generibus ad ſeinuicẽ perſpiciendũ, vt quo differt iuſtitia a fortitudine, ⁊ prudẽtia a tẽperãtia. hęc enĩ ex eodẽ genere ſunt, ex virtute. Ex alio in aliud, vt in ijs, quę nõ nimiũ differũt, vt in quo differt ſenſus a ſcientia. Nam in ijs, quę multũ differunt, manifeſtę omnino ſunt differentię.**

¶ Tertia ſpẽs erat inſtrumentorũ quę poſiti erant ad eligendã abundantiã dialecticarũ rõnũ ipſa cognitio differentiarũ in ſinglis de qua nunc ſermonem facit. Vtilis aũt erit dĩarũ cognitio, vt dicet ad ꝓblemata de eodẽ, nam potentes cognoſcere dĩas ꝓpoſitorum oſtẽderemus ꝙ non eadẽ opinio ⁊ ſcientia, neq; ſenſus ⁊ ſcientia, neq; temperantia ⁊ prudentia, ſed ꝙ virtus etiã nõ ars eſt. Item vtilis eſt ad diuiſiones generũ in ſpecies. nam inuẽtio differentiarum quę ſunt in eodẽ genere, eſt abundantia diuiſionis ipſarum in ſpecies. Item vtilis ad inſtantias inductionũ. Nã ſi ſciuerimus quo differat acceptum, ſi inſtare poſſumus inducẽti tñ non ſimilia accipienti. Itẽ ad inſtãtias q̃ afferuntur contra opinionẽ alicuius Phĩ nãlis, vt ꝙ ens vnum, vt videbatur Parmenidi ⁊ Meliſſo. Nã potẽtes ꝯtueri ⁊ ꝑſpicere differẽtias eorũ quę adducũtur tolleremus hãc opinionẽ. Vtilis aũt eſt dĩarũ cognitio ⁊ ad cognitionẽ moraliũ virtutũ, vtrũ ſint plures inter ſe ſpẽs dĩntes, vel vnius habitus oium totalis. Itẽ ad diffõnes, ſiqdẽ diffõ ex genere, ⁊ ex differentia conſtet. Dicet aũt ipſe etiaz vtilitatez vniuſcuiuſq; ꝑdictĩ inſtrumẽti vt ꝑdicebam. Sed dicendo de differẽtijs locos qdem nõ tradit per quos eas cognoſcemus, vt tradidit de ꝓpõibus ⁊ diuiſiõe ęquiuocorũ, ſʒ in qbus ſunt q̃rẽdę dĩę, ẽt ponit circa q̃ exercitãdũ nobis eſt ad faciliorẽ ꝑceptionẽ vniuſcuiuſq; dĩę. Nã inqt dĩas ingrẽdas eẽ nõ ab his quę eminus diſtãt, nã plana eſt dĩa horũ ſic diuerſorũ iter ſe. Neq; enĩ q̃rẽdũ eſt quo aliqs homo differt a ligno, ſʒ q̃rẽde ſũt in his q̃ ſunt cognata ⁊ ꝓxima iter ſe, circa q̃ ẽt aliqs error põt cõtingere exiſtimãs aliqd ꝙ ipſa ſint eadẽ, vt ĩ his q̃ ſub idẽ gen⁹. Nã eorũ q̃ ſic ꝓpe nõ ſunt ꝑſpicue dĩntię inter ſe, nã idẽ eſt in ipſis gñib⁹, nã ꝑ hĩ in his q̃ ſub idẽ gen⁹, ⁊ ſunt horũ dĩntię ꝓpe accepte dĩę, ſunt ẽt eorũ q̃ nõ ſunt in eodẽ gñe, nõ tñ hęc multũ diſtãt inter ſe, ⁊ pene exiſtimaret in eiſdẽ ſm aliqd dĩas idagare. Vel enim omogenijs, vel in eiſdẽ ſm ꝓportionẽ. Nõ enĩ facile q̃ videt eadẽ inter ſe eẽ ſeparant dĩntijs. Vñ opʒ exercitatos in difficiliorib⁹ facere exercitia. Nã facilis eſt a difficilioribus in faciliora ꝓgreſſus, vt ſi quis q̃reret quo fortuna a caſu differt, ⁊ quo mot⁹ generationis a corruptione, ⁊ q̃ temperantia a prudentia, ⁊ intemperantia ab ipſo in cõtinentia, ⁊ feritas, vt ita dixerim a malitia, ⁊ proprium a diffinitione. Sed exemplo omogeneorũ ipſe viſus eſt ipſa iuſtitia ⁊ fortitudine virilitate vt tñ exiſtentib⁹ ſub vno genere .ſ. virtute. Nam quo differt iuſtitia a virilitate, ſimiliter etiaz vnaquęq; virtus ab alijs, vt ꝙ aliter virilitas mediocritas, ⁊ aliter iuſtitia, nam vna eſt duarũ malarum .ſ. audacia ⁊ timiditas, alia ꝯo abũdantia ⁊ egeſtas ex quibus iniuria, nam in his eſt eẽ iniurię, deinde circa alia quidem virilitas, nam circa periculorũ ſuſtinentiam, ſic iuſtitia circa alia. Nam circa ęquale in diſtribuendo, ⁊ in cõmertijs cõmutationibuſq;, ſed diſſimilitũ generum non multo diſtantiũ ſenſu ⁊ ſcientia quę ſunt diuerſa genere inter ſe. Nam ſciẽtia opinio genus, ⁊ ſenſus non opinio eſt, tñ ſm ſimilitudinem ſunt hęc. Vt enim ſenſus ad ſenſibilia, ac ſcientia ad ſcibilia ⁊ ambo iudicatiua ſunt, porro quidam ob ſimilitudinem ipſorum ſcientiam ⁊ ſenſum idem eſſe dixerunt, ſed differunt inter ſe. Nam ſenſus etiam circa contingentia aliter ſe habet, ſed ſcientia nullius ⁊ contingentis, ⁊ ſcientia eſt indagatrix ſubſtantię omnium ſcibilium, ſed ſenſus nullius ſubſtãtię ſenſibiliũ eſt perceptiuus. Item ſenſus nobis a principio nobis ineſt, ſed ſcientia aduenit. Item ſenſus communis etiam alijs animalibus, ſed

ſcientia

ſcientia eſt peculiaris hominibus, vel proꝛſus rationalibus. Item ſenſu natura ineſt, ſcientia vero doctrina ⁊ ſenſu fit habitus ⁊ producit actiones, nam videntes ſcimus habitus ſm ſcientias, quas per actiones poſſidemus, nam agentes ſm grammaticē, euadimus grāmatici, ⁊ ſenſu ſublato, vna etiā tollitur animal, nā fieri nō poteſt eſſe animal ſine tactu, ſed ſcīa ſublata nō tolleret habentē ipſum. Item poſſibile eſt vt qui amiſerint ſcīas denuo recuperent, ſed ſenſus vbi p̄mū amittitur nequit recuperari. Itē ſenſus ſine rōne ⁊ ſcīa in ipſa habꝫ eſſe. Item ſenſus eſt p̄ſentiū tm̄, ſcientia autē p̄teritoꝝ, p̄ſentiū, ⁊ futuroꝝ. Itē ſcientię ſenſus quidē eſt principiū, ſed ſcientia non eſt ſenſus initiū, nam ex ſenſu memoria fit, ⁊ ex memoria experientia, quę eſt ſcientię principiū. Videtur aūt neceſſe cōmuniorē differentiā dicere qua aliud ab alio differt non ſolum hanc ſm quā diuiſio generum in ſpecies fit, non enim ſi differentias diſſimiliū generum putabat quęrendas eſſe.

**Similitudinem autem conſiderandum in his, quę ſunt in diuerſis generibus, vt ſicut alterum ad alterum quidem, ſic aliud ad aliud, vt ſicut ſcientia ad ſcibile, ſic ſenſus ad ſenſibile. Et vt alterum in altero aliquo, ſic aliud in alio, vt quemadmodū viſus in oculo, mens in anima, ⁊ vt tranquillitas in mari, ſerenitas in aere, vtrūq; enim quies. Maxime autē in his, quę multum diſtant, exerceri opoꝛtet, facile enim in reliquis poterimus ſimilia inſpicere. Conſiderandum autē ⁊ ea, quę ſub eodem ſunt genere, ſi quid ineſt omnibus idem, vt homini, ⁊ equo, ⁊ cani, nā ſi ineſt aliquid eis idem, in eo ſunt ſimilia.**

Hoc adhuc relinquebat eoꝝ quę propoſita fuerunt q̄tuoꝛ inſtrumēta ab ipſo tā vtilia ad inuentionem ⁊ abūdantiam dialecticaꝝ rationū ſimilis cognitio. Ecōtra aūt inquit opoꝛtere iam vaꝫ venationē q; ſimilis facere illius p̄ſertim quę eſt differentiaꝝ, nam dr̄ias quę ſunt in ſimilibus putauit periclitandū eſſe vt cognoſcamus, nā hoc difficilius eſt in ipſis ⁊ de ipſis ambiguitas ſi differūt vel ne, vt quo differūt palūbi a colūbo, ⁊ quo canis a lupo, ⁊ quo inſolentia ab intēperantia, vel prudentia a tēperantia, liberalitas a magnificentia, nam plane diſtantia oībus aptas hꝫ inter ſe dr̄ias. Item ſimilitudinē rurſus difficilius illam p̄ſertim videre quę eſt in multis diſtātibus. Non enim quęrit aliquis ſi ouū ouo ſimile, vel mulus aſino, vel Caſtoꝛ Polluci, ſed ſi Achilles Therſitę, ⁊ ſi homo equo, ſi ſenſus ſcientię. Opoꝛtet igitur inquit exerceri circa cognitionē ſimilis in his q̄ plurimū diſtant ⁊ ſm genus differūt, ⁊ hoc dictū eſt in ambobus ſimile dicto rhetoꝛicoꝝ, qui dicunt cōia propria, ⁊ propria cōiter dicēda eſſe, nam qui cenſet cōia propria dicēda eſſe, putaret in omogeneis ⁊ cōibus inuenire aliquas dr̄ias, qui autē putat propria cōiter rurſus putaret in differētibus ſimilitudines accipiēdas eē. Et dupl'r inquit inquirendā eſſe ſimilitudinē in differentibus generibus, vel enim nos opꝫ accipientes aliqd̄ habens habitudinē ad aliqua omogenea inter ſe quęrere quid ſic, ⁊ tur, ſi ad alia quędā omogenea inter ſe ⁊ diſſimilia genere p̄dictis ſe habēt, nam ſi inuenirentur, hęc ſimilia erunt ſm ſimilitudinē inter ſe cum ſint in diuerſis generibus, vt q2 ſcīa ad ſcientiā ſic ſe hꝫ tanq̄ ſit oppoſitoꝝ cognoſcens, quęrit cur aliquid aliud ſi omogeneum eſt ſcientię, qd̄ ſic ſe hꝫ ad ipſum ſub eo velut ſcientia ad ſcibilia, nam inuentū erit poſito ſecū ſimilitudinē ſimile. Quia igit̄ ſenſus ⁊ ipſe ſic ſe hꝫ ad ſenſilia vt ſcīa ad ſcibilia, ſenſus ⁊ ſcīa ſimilis erit. Quod vero ſciētia ⁊ ſenſus ſint diuerſa genera, patet ex hoc q᷑ alię ſunt ſcientię ſpecies, ⁊ alię ſenſus. Sed oſtēdatur etiā in his quę ſunt ſub diuerſis generibus, quatenus quidē ſenſus ſub his quę ſunt nā, ⁊ ſcientia nō natura, ſed doctrina. Rurſus quia vt mens ad ſcientiā, nam principiū, ſic ſenſus ad opinionē, igitur ſenſus ⁊ mens ſimilia ſunt, ⁊ q2 vt iucundū ad voluptatē, nam effectiuū voluptatis eſt iucundū, ſic conferens ad bonū, igitur ſimilia ſunt iucundū ⁊ conferēs. Et talis eſt ſimilitudinis indagatio ⁊ venatio ſꝫ habitudinē ad aliquid in differentibus generibus. Itē aliā ſubdit occaſionē q̄ōnis inquiſitioniſq; ſimilis in differētibus generibus, ſi accipientes aliqd̄ genus exiſtens in aliquo quęreremus, cur ſic aliud in alio genere eſt, vt q2 tanq̄ aſpectus in oculo, ſic mens in anima, nam in vtroq; vt principaliſſimū eoꝝ quę ſūt in his ſimilia ſunt ſm hoc mēs ⁊ viſus. Rurſus ſi vt virtus in aīa, ſic ſanitas in coꝛpoꝛe, nam perfectiones ſuppoſitoꝝ in eiſdē ſimilis virtus ⁊ ſanitas, ⁊ q2 vt trāquillitas in mari, ſic ſerenitas in aere, nā quies ſuppoſitoꝝ eſt, ſimiles ſunt trāquillitas igitur ⁊ ſerenitas, ſic etiā iuſtitia eſt pulchꝛo ſimilis, nā vtrūq; bonū in ęqualitate ſm ſimilitudinē eſt. Eq̄ idē pulchꝛitudo partiū ⁊ mēbroꝝ coꝛpoꝛis eſt, ⁊ iuſtitia eſt in diſtribuendis ⁊ cōmutandis, igitur hęc ſimilitudo eſt in differētibus generibus ſm ſimilitudinē ſic inuenitur. Dicit aūt ſic opoꝛtere ⁊ in omogeneis inter ſe, ⁊ diſſimilibus genere quid ineſt omnibus idem quęrere, nā cōmuniter hoc dabat̄ vt aliqua diſſimilia ſpecie ſint ſimilia, ſed q̄ō venationē dicit. Si enim aliquibus in eodē genere exiſtētibus ⁊ ſm ſpeciem differētibus inter ſe aliquod idem ineſt, hęc ſimilia ſm hoc erunt, nā homini ⁊ equo ⁊ cani pedeſtre cōe eſt, ideo hęc ſimilia ſunt ſm hoc. Item cōe eſt homini ⁊ coꝛuo ⁊ piſci ſenſitiuū, vt piſcibus qui habent branchas, ⁊ deciſis volatilium nō habere pulmonē. Item boui, coꝛuo, ⁊ pecudi, ⁊ oui nō eſſe vtrinq; dentatum. Rurſus in arboꝛibus platano, ⁊ viti ⁊ ficu, cōe eſt eſſe leuiū folioꝝ ⁊ latifolij, ideo folia fluūt. Item oliua, laurus, ⁊ myꝛthus, habent cōe folium anguſtum, ideo dicuntur habere ſemper folia.

*Therſites erat unus qui oībus principibus cōtra dicebat teſte Homero.*

**Vtile autem ipſum quidē, qd̄ quotupliciter dicitur cōſideraſſe ad dilucidītatem. Maxime enī quis ſciet quid ponatur, manifeſto facto quotupliciter dr̄. Et ad fieri ſm rē eandem, ⁊ non ad nomen ſyllogiſmos.**

Cum dixerit de vnoquoq; quatuoꝛ quę inſtrumenta eſſe dixit abundantię dialecticaꝝ rationū ⁊ ſyllꝫ, conſequēter quid vnūquodq; ipſoꝝ conferat ad ipſos, ⁊ ſm quid inſtrumenta dicunt̄ oſtendit, ⁊ ab electione p̄poſitionū ⁊ apparatū factā vtilitatē ad ſylloꝝ abundantiā vt notum omiſit dicere, nam materia ⁊ partes ſylloꝝ ſunt p̄poſitiones, nam ex p̄pōnibus ſylli, ⁊ patet q᷑ hoꝝ abundantia ⁊ paratus p̄behebunt nobis abundantiā ſylloꝝ. Sed ad quid vtile alioꝝ vnūquodq; dicit ⁊ primū de diuiſione eoꝝ quę multipliciter dicunt̄ facit ſermonē ⁊ inquit ipſum eſſe vtile ad manifeſtū, nam manifeſtum fit poſitū definitum ad qd̄ opoꝛtet rationes facere ⁊ manifeſtatio poſiti vtilis eſt ad ſyllos qui ſunt ad ip

ſum, nam aliquis facile propꝛijs ad ꝓpoſitū abundabit rōnibus ſciendo plane quid ⁊ non fuerit ſeductus a duplicitate. Vniuerſalr aūt manifeſtatio vtilis eſt etiaꝫ ad ꝓbationem ⁊ confutationē aliquoꝝ. Porro non diuidi ens quot modis dicitur cuꝫ Parmenides ⁊ Meliſſus facit, vt nunc ſit imanifeſta opinio ipſaꝝ de hoc an ens ſit vnum. Illud autē magis ſiquis ſciret qđ ponit, dictuꝫ eſt de reſpondente ⁊ concedente propoſitiones.

**℄ Si enim imanifeſtū ſit quotupliciter dicit̃, contingit non ad idem etiaꝫ qui reſpondet, ⁊ qui interrogat ferre intellectum.**

℄ Exponit ſecundā vtilitatē diuiſionis eoꝝ quę multipliciter dicitur, illa. ſ. ad ipſum poſitū rem ⁊ ad ipſum, ⁊ de eodē fieri ſyll'os ⁊ rationes ⁊ non ad nomen ⁊ dictionē. nam ſophyſtica ratio ad nomē ⁊ dictionē eſt, ſed nō dialectica, non tñ ſi imanifeſtuꝫ quotupliciter dicitur ꝓpoſitum contingit interrogantē ad aliud ⁊ ad aliud ſignificatoꝝ ridenteꝫ intellectū ferre quę ſunt ab eodē nomine ſignificata. Sic etiam ⁊ ad nomē rationes ſed non de re fiunt, ſed cum definitum fuerit ſm qđ ſignificatum a dictione ponit, tunc id reſpondens ponit.

**℄ Manifeſtato auteꝫ quotupliciter dicitur, ⁊ ad quid ferēs ponat, ridiculus videbit̃ interrogans eſſe, ſi nō ad hoc ſermonē faciat. Vtile etiaꝫ ⁊ non falſa rōne decipiamur, ſed decipiamus potius. nā ſcientes quotupliciter dr̃, nō allucinamur, ſed ſciemus, ſi non ad idē ſermonē faciat is, qui interrogat. Et ipſi interrogātes poterimus apparēti ratiocinatione fallere, niſi is, qui rn̄det, agnoſcat quotupliciter dr̃. Hoc aūt nō in oibus ſemper poſſibile eſt, ſed qñ fuerint eoꝝ, q̄ multiplr̄ dn̄r: alia quidē vera: alia aūt falſa: eſt autē ꝓprie nō cōueniēs modus hic dialecticę: quare oino vitāda dialecticis huiuſmodi ad nomen diſputatio, niſi quis aliter non poſſit de propoſito diſſerere.**

℄ Item ridiculū eſt interrogantē ad aliquid aliud ſignificatoꝝ ab eodē noīe ⁊ nō ad poſitū facere rōneꝫ ⁊ interrogationes, nam ſimplr̄ poſito hoc ſcientiā non ſeparari ab anima, aliquis poteſt arguendo ſic ratiocinari, ꝙ omnis anima quā hꝫ ſcientiaꝫ ſemper hꝫ, nam ſi inſeparabilis ⁊ ſciētia ab anima, ⁊ inſeparabile eſt inſeparabilis, igitur ⁊ anima inſeparabilis ſi fuerit inſeparabilis a ſcientia, ſi hoc verū eſt, igitur ſemper erit ei cōnaturalis ſcia. Vnde definito ipſo inſeparabili, quia alia ſic inſeparabilia vt ea quę ſunt in ſubſtātia vniuſcuiuſqꝫ ⁊ alia nō ſic inſeparabilia, qꝛ non poſſunt per ſe ineſſe, ſed corrũpuntur cum ſimul non ſunt, de quoꝝ numero eſt ſciētia ⁊ omnia quę ſunt in ſubiecto, non amplius oſtēderetur cōnaturalē animę atqꝫ in ſubſtantiā eius eſſe ſcientiam per inſeparabilitatē. Erit aūt hoc primū dictū de rn̄dentibus. 2^m autem de interrogantibus ⁊ ratiocinantibus. Equidē inquit vtilē eſſe cognitionē multipliciter dictoꝝ ad id etiā ne decipiamur cōmittemuſqꝫ paralogiſmos, nam ſciendo aliquis quot dictū ſigt̃ non concedit interrogationes ſm aliquid aliud ſignificatum pꝛęter poſitū ab ipſo, nam qui ponit diuitias eſſe bonū ſi ſciuerit ęquiuocationem boni non cōcedet dicenti bonuꝫ bonos facit. Non enim vt poſſeſſio bonuꝫ, neqꝫ vt virtus facit bonos. At vt poſſeſſio ⁊ vt virtus bonuꝫ facit, etiā diuitię. Inquit ergo cognitionē eoꝝ quę dicuntur multipliciter vtilem eſſe etiā ad decipiendū quēdaꝫ ſi voluerit aliqs, nā qui ſcit ſignificata ab aliqua dictione, ad aliqđ aliud ſignificatum transferens rationeꝫ in quo non ſunt vera ea quę dicūtur a rn̄dente ſeduceret ipſum ⁊ deciperet, ⁊ ſi hic dicit non ſcientes diſcere, ⁊ oſtēderet literatos eſſe diſcentes, ⁊ qui ſunt ſcientes ⁊ intelligentes. Item ſi concedente aliquo motum locum mutare, ⁊ accipiens alteratum moueri concluderet alteratū moueri ſm locuꝫ. Adiecit aūt ⁊ in quibus poſſibile erit facere ſyllogiſmū ob multipliciter dictū, nam in quibus hinc dictū ineſt, ⁊ hinc non, nam ſi oibus ſimiliter vel ineſſet vel non ineſſet dictū ſignificatis a nomine nō inutilis erit ab alio in aliud mutatio. Nam illud Aiax in Illiade Troiaqꝫ militauit, veruꝫ eſt in ambobus Aiacibꝰ, ideo ſi ad q̄ trāſferatur rō nullus ſit paralogiſmus. atqui hoc Aiax ſingulari pugna cum Hectore pugnauit, non amplius verum de vtroqꝫ. Ideo hoc poſito hoc Aiax ſingulari pugna cū Hectore certauit, quęreret̃ mutando ſe ad illuꝫ Troię, nūqd Aiax hic ſit qui ex Troia, ⁊ accipiēdo ꝙ eſt, etiā aſſumeret ꝙ nō ſingulari pugna vnaqꝫ vice tñ cum Hectore pugnauit, qui deciperet ſi poſitum hoc ꝙ Aiax ſingulari pugna cum Hectore pugnauit tanquaꝫ falſum. Similiter etiā de hoc virilis virilitatē habet, naꝫ eoꝝ que ſignificantur a virili aliud quidē pꝛędicatū hꝫ, aliud ꝟo non. Idem quoqꝫ in hoc motū mutare locuꝫ. Verū inquit paralogiſmū ob id ꝙ multipliciter dicitur non eſſe propꝛiū dialectices. Nā ſuperficialis ⁊ ſophyſticus eſt, ideo inquit vitandū oino eſt dialecticis. ſ. exercitatis in diſputādo, niſi aliter nō poſſit, de propoſito diſſerere, nam nullo pacto hoc eſt dialecticū cuꝫ acceperit quę loquens per os tuum exeunt, tanq̄ꝫ exiſtētibus verbis his quę loquunt̃, transferre rōnē ad plauſtrū de quo loqtur. Vnde plana eſt vtilitas diuiſionis eoꝝ quę multipliciter dicunt̃, naꝫ ſi dicta vtilia ſunt ad diſputationē, ⁊ hęc pendent a diuiſione eorum quę multipliciter dicuntur, itaqꝫ diuiſio erit vtilis ad rationes dialecticas.

**℄ Differentias aūt inuenire vtile, ⁊ ad ſyll'os de eodē ⁊ diuerſo, ⁊ ad cognoſcendū qđ eſt vnūquodqꝫ. Et autē ad ſyllos de eodē, ⁊ diuerſo vtile, manifeſtū. Inueniētes enim differentiā ꝓpoſitoꝝ quālibet, oſtendētes erimus, qm̄ non eſt idē. Ad cognoſcēdū aūt quid eſt vnūquodqꝫ, eo ꝙ propꝛiā ſubſtantię cuiuſqꝫ rationē ijs, (quę circa vnūquodqꝫ ſunt) accōmodatis differentijs, ſeparare ſolemus.**

℄ Cuꝫ dixerit ad quot ⁊ quę vtilis ſit diuiſio multipliciter dictoꝝ, ꝓfectus eſt ad vtilitateꝫ quę eſt a cognitione dr̃iaꝝ quibus aliud ab alio differt. Et inquit poſſe cōuenire ⁊ cognoſcere dr̃ias qbus aliud ab alio differt ad duo vtile eſſe, ad ſyll'os de eodē, ⁊ diuerſo qui ſubijciunt̃ diffinitionis ꝓblematibus ⁊ cum illis cōueniunt, ſcdo ad cognoſcendā vniuſcuiuſqꝫ ſubſtantiaꝫ, igitur ad ſyll'os de eodē ⁊ diuerſo, qꝛ inuenientes dr̃ias pꝛędictoruꝫ vt eorūdē demōſtrabimus ꝙ nō ſunt eadē, vt ſi quęratur an idem ſint tēperātia ⁊ prudentia, inuenientes ꝙ prudentia differt a tēperantia eo ꝙ hęc hꝫ appetitus moderatos ⁊ quietos, illa ꝟo vehementes, ſic demōſtrabimus non eſſe eaſdē. Rurſus ſi quęratur, an intēperantia, ⁊ laſciuia eędē, inuenientes ꝙ hęc ſm pꝛęelectionē faciũt

pia, ⁊ laſciuia prẽter præelectionẽ ꝙ non ſint eędem de-monſtrabimus. Similiter ꝙ non ſint idẽ liberalitas ⁊ ma-gnificẽtia oſtenderemus ſi nouerimus eoꝝ diſcrimen, q꞉ alia eſt verſaturq; in magnis expẽſis, ⁊ liberalitas cir-ca cõſuetas expenſas operatur. Sed ad cognoſcendam ꝓprias vniuſcuiuſq; ſubſtantiã vtilis erit cognitio diffe-rentiaꝝ, q꞉ vniuſcuiuſq; diffinitio cõſtat genere ⁊ diffe-rẽtijs. Scientes igiť proprias vniuſcuiuſq; dr̃ias quibus ab alijs differt, tum poterimus ipſum ſeparare ab alijs, ⁊ ſubſtantiã ipſius cognoſcere. Itẽ vtilis cognitio dr̃iaꝝ erit ad ſectionẽ generũ in ſpecies, vt pręcdixit. Item ad in-ſtantias inductionũ ⁊ ad alia quędã de qbus paulo pꝰs mẽtionẽ fecit, ſed principaliſſima ſunt q̃ ipſe appoſuit.

¶ Similitudinis aũt cõſideratio vtilis eſt ad inductiuas rõnes, ⁊ ad ſyllõs ex ſuppoſitio-ne, ⁊ ad aſſignationẽ deſinitionum. Ad indu ctiuas quidem rationes, eo ꝙ circa ſingula in ſimilibꝰ inductione, vniuerſale exiſtimamus inducere. Non enim facile eſt inducere, igno rantibus ſimilia.

¶ Ad quę ſit vtilis ẽt ſimilitudinis cõſideratio ait. Et in-quit ipſam cõferre ad inductiuas rõnes quę etiã oſtẽſuꝫ eſt eſſe proprie dialecticę. Item confert ad ſyllõs ex ſup-poſitione. Dicit aũt nunc ex ſuppoſitione hos quos di-cimus ex conceſſo. Itẽ ad aſſignationẽ deſinitionũ. Sed ad inductiuas rõnes, q꞉ per ſimilitudinẽ particularium, creditũ per veriſimileq; ſit n̄ale in inductionibus. Nam q꞉ vnuſquiſq; homo particularis eſt rõnalis, ⁊ hac rõne ſimile eſt hꝫ ꝙ omnis hõ rõnalis inductio oſtẽdit. Item ꝙ omne factũ ex cõtrario ſit, q꞉ albuꝫ ſit ex nigro, ⁊ mu ſicũ ex imuſico, ⁊ calidũ ex frigido, ⁊ in alijs ſimilr, igiť ſimilitudine hac vniuſcuiuſq; vl̃e oſtenſum eſt. Item ꝙ nullũ non habens pulmonẽ non reſpirat, vel cornua fe-rens vtrĩq; dentatum per inductionem ⁊ per ſimilium aſſignationem notum ſit.

¶ Ad ſyllogiſmos ꝟo ex ſuppoſitione, eo ꝙ ꝓbabile eſt, quẽadmodũ in vno ſimilium ſe hꝫ, ſic ⁊ in reliquis. Quare ad quodcũq; eo-rũ facultatẽ habebimus diſputandi, ꝓfitebi-mur, quẽadmodum in his ſe hꝫ, ſic ⁊ in ꝓpo-ſito ſe hr̃e. Id enim oſtẽdentes, ⁊ ꝓpoſitũ ex ſuppõne oſtendentes erimus. Supponẽtes enim quo modo in his ſe hꝫ, ſic ⁊ in propoſi-to ſe habere, demonſtrationem faciemus.

¶ Quia in his quę ſunt ſimilia inter ſe cenſemꝰ ꝙ in vno oſtẽderetur, idem ẽt in alijs oſtenſum eſſe. Non enim in quibuſuis ſyllõs ex ſuppoſitione, ſed in ſimilibus, naꝫ ſyl-logiſmus nũc dictus ex ſuppoſitione eſt ex conceſſione, vt ꝓdictum eſt. Nam ſupponẽtes ꝙ vt in aliquo ita ⁊ in alijs ſimilibus ipſi oſtenſum fore facimus demõſtratio-nem de aliquo, naꝫ q꞉ ſimilitudinẽ habẽt inter ſe oppo-ſita, putamus ꝙ in vno eoꝝ oſtẽderetur, idem ⁊ in alijs oſtẽſuꝫ eſſe, ⁊ oſtendẽtes in cõtrarijs, verbi gratia ꝙ nõ poſſunt ſimul eidẽ ineſſe, q꞉ cõtraria ſic ſunt vt vnum ſit deſtructiuũ alterius, ⁊ que viciſſim ſeſe tollunt, ſimul eẽ atq; eidem ineſſe nequeũt, putamus ⁊ in alijs oppoſitis idẽ oſtẽdi per cõceſſionẽ ante factã. ſ. ꝙ in vno oppoſito rum oſtendiť, ⁊ in alijs ſimiliter, ꝙ nullus conceſſit, niſi ob ſimilitudinẽ ipſoꝝ inter ſe. Rurſus volentes omnes

animã imortaleꝫ oſtẽdere, ſi acceperimus hoc, ſi aliqua igitur oſtẽderetur aĩa eſſe imortalis, qͦd etiã omnis oſtẽ-dereť per ſimilitudinẽ, deinde oſtẽderemus ꝙ rationa-lis anima imortalis. Naꝫ ſit ex ſuppoſitione hac. ſ. ⁊ om-nis oſtenſa erit immortalis. Iteꝫ ꝙ omnis motus a quo ſit ad quem putamus oſtenſuꝫ eſſe hoc oſtendentes de motu locali erimus.

¶ Ad definitionũ autẽ aſſignationeꝫ, eo ꝙ po tentes conſpicere qͦd in vnoquoq; idem, non dubitabimus in quo genere oporteat (cũ de-finiemus) propoſitionũ collocare. Nam cõ-munium qͦd maxime in eo qͦd quid eſt, prędi catur, genus erit. Similiter autẽ ⁊ in multuꝫ diſtantibus vtilis ad definitiones ſimilitudi-nis cõſideratio. vt quoniã idem tranquillitas in mari, ⁊ ſerenitas in aere, vtrũq; eniꝫ quies. ⁊ quoniã punctuꝫ in linea, ⁊ vnitas in nume ro. vtrũq; enim principiuꝫ: quare cõmune in omnibus genus aſſignãtes, arbitrabimur nõ extraneę diffinire. Pęne eniꝫ definientes, ſic ſolent aſſignare, nam ⁊ vnitatẽ principiuꝫ nu meri dicũt eſſe, ⁊ pũctũ principiũ lineę. Ma-nifeſtũ igiť, qm̃ vtroꝝũq; genus collocãt. In-ſtrumẽta itaq; ꝑ q̃ ſunt ſylli, hęc ſunt, loci ꝟo ad quos vtilia ſunt prędicta: hi ſunt.

¶ Inquit rurſus ad inuentionẽ diffinitionũ ⁊ aſſignatio-nẽ ꝙ eſt vtilis cõſideratio ſimilis, nam potẽtes conſpice-re qd in ipſis differẽtibus inter ſe ſimile, ⁊ quid cõe poſ-ſumus ipſoꝝ genus accipere, naꝫ illud cõmuniũ aliqui-bus in quid eſt ipſoꝝ prędicatũ hoc maxime eſt ipſoruꝫ genus. i. hęc generis inuentio vtilis eſt ad aſſignationeꝫ diffinitionũ. Nam ſi accipientes equũ ⁊ hominẽ canem ⁊ bouẽ, ſimiliter ⁊ in alijs vnũqͦdq; animal eligentes ſi-militudinẽ ipſoꝝ adinuicem, vt ꝙ ſint corpora habẽtia ⁊ animã ⁊ colorẽ ⁊ in loco, ⁊ ſenſitiua ⁊ animalia, deinde horum omniũ cõparationẽ faciemus quale maxime in quid eſt ipſoꝝ prędicatur idipſum genus ipſoꝝ erit, naꝫ illud ꝙ eſt cõe aliquibus in qd eſt prędicatũ vel ſpecies eſt vel genus, ſed in his quę ſunt ſimilis ſpeciei cognitio ſpeciei propior ⁊ clarior eſt, quę eo ꝙ differũt numero ſolum inter ſe ſpẽ ſunt eadẽ, ideo neq; qͦne indigẽt. Sed in diſſimilibus ſpecie non ſimiliter facilis eſt ſic cõis aſ-ſumptio, ideo ſimiliꝫ in his id qͦd maxime in qd eſt prę dicatum genus eſt, maxime aũt dixit in quid eſt prędica ri genus q꞉ poſſunt ẽt cões differentię ipſaꝝ phantaſiaꝫ efficere cum prędicẽtur in quid vt de oĩbus animalibus animatũ ſenſitiuũ, ideo ſi aliquis hoc modo diceret hęc ꝓdicari de eiſdẽ, tñ magis ⁊ notius cum ſit animal de ip-ſis ꝓdicatur in quid, ideo inquit genus ipſoꝝ. Iteꝫ poteſt illud, nam cõiuꝫ ꝙ maxime in quid eſt prędicať, genus eſt, ſic dici, nam cõium illud maxime cõe ⁊ in quid eſt ꝓ-dicatur, eſt genus, ⁊ per hoc maxime cõe eſt ſeparãs ge-nus a ſpecie, in ambo in quid eſt prędicatur, ſꝫ maxime cõe ꝙ in oĩbus eſt ⁊ pluribus. Genus igitur ex contẽpla tione ſimilitudinis, ⁊ dr̃ię ex cognitione dr̃iarũ, ⁊ ex his diffinitio. Non ſolum autẽ inquit vtilem eſſe in his, quę non multum diſtant ſimilis cognitionẽ ad inuentioneꝫ generis ipſoꝝ, ſed in multũ quoq; diſtantibus. Etenim in illis ſimilia accipiẽtes inueniremus cõe aliquid in ip

ſis gñis cui addentes propriũ vnicuiqꝫ ſic differẽtias deſiniemus ipſa, nam ſi inuenerimus in quibuſdã ſimilitudinem aliquam inter ſe exiſtentẽ ſm proportionẽ, ſimilitudinẽ τ idẽtitatem ipſoꝝ eandeꝫ accipiẽtes vt genus, addentes huic illud in quo vtrũqꝫ vel vnũquodqꝫ eſt habentiũ hanc ſimilitudinẽ, tunc diffiniemus vnũquodqꝫ ipſorum, vt idem eſt tranquillitas in mari, τ ſerenitas in aere, nam vtriuſqꝫ proprius ipſoꝝ eſt ſedatio τ quies quã accipientes, quę etiã erat cõis tranquillitati τ ſerenitati, τ alteri addentes, hoc. ſ. in mari diffinitioneꝫ aſſignabimus tranquillitatis, τ alteri addẽtes in aere diffiniem⁹ ſerenitatẽ. Rurſus quia idẽ eſt in pũcto τ vnitate principiũ. vt enim pũctum in linea, ſic vnitas in numero, naꝫ ambo ſunt principia, addentes aũt principio vtriuſqꝫ illud cuius eſt principiũ diffiniemus ipſa, nam punctũ eſt principium lineę τ vnitas numeri. Vniuerſalr aũtẽ ſimilis conſideratio propriiſſima ſcientię τ omni logicę cognitioni eſt, nam ipſum vle per ſimilitudineꝫ accipitur, ſed vlis cognitio ſcientifica eſt. Cęterum addit quattuor inſtrumẽta dicta quibus ſyllogiſmi ſiunt. Deinceps autem aſſignabit locos a quibus ſunt occaſiones argumẽtoꝝ, quibus locis vtilia erunt hęc quę in hoc libro prędicta ſunt, τ veluti preponenda in arte tractata.

Finis primi libri Topicorum.

## ❡ALEXANDRI APHRODISEI in Secundum Ariſtotelis de locis argumentorum cõmentarium. Guilelmo Dorotheo Veneto interprete.

Sunt aũt problematum hęc quidẽ, vniuerſalia. illa vo, particularia. Vlia quidem/vt omnis voluptas bonũ eſt, τ nulla voluptas bonuꝫ. Particularia vo, vt aliqua voluptas bonum, τ aliqua voluptas non bonum.

Cõtinuatio ſecũdi libri cum primo.

CVM in primo topicoꝝ libro dixerit de quibus erat neceſſariũ dicere ante aſſignationẽ locoꝝ, quę erant, quid eſt propoſituꝫ huius tractationis, τ qd eſt ſylls, τ quę ipſius dña. τ quo dialecticus ab alijs ſyllis differt, τ quid eſt ꝓbabile, τ ſuppoſuerit etiã qſo oportet in talibus rationibus petere diligentiaꝫ, τ dixerit ad quot τ quę vtilis tractatio. Item indicans quid in ipſa perfectum, τ poſt hęc dicẽs in quibus ipſa verſať, qꝛ in problematibus τ ꝓpoſitionibus τ inſtris per quę poſſumus talibus ſyllis abũdare, in his primũ quidẽ de ꝓpoſitionibus τ ꝓblematibus fecit ſermoneꝫ cõiter, τ oſtẽderit ꝙ ſm ſubiectum ſunt eadẽ, vt cõcluſio τ ſumptũ, naꝫ oia hęc genere ſunt propoſitio, ſed problema ꝓpoſitio aſſumptuꝫ τ cõcluſio ſm modum prolationis τ aliqualẽ habitudinẽ habẽtia ad aliquã differentiã differunt. Deinde cũ dixerit quot genera problematũ ſunt τ ꝓpoſitionũ, τ oſtẽderit quod quattuor τ quę, de vnoquoqꝫ ipſoꝝ quid eſt dixit. Itẽ cuꝫ dixerit de ꝓprijs τ appoſitis aduenientibuſqꝫ vnicuiqꝫ ipſoꝝ quę per ſimilitudinẽ vna cũ ipſis coordinantur. Item cur tot ſint genera cũ oſtẽderit, τ per inductioneꝫ, τ ꝑ ſyllm poſt hęc diuiſionẽ fecit eorũdeꝫ. quia ſunt quędam etiã ab eodẽ problemata quę cuꝫ diffinitiuis ordinanť, deinde cum diffinierit dialecticam ꝓpoſitioneꝫ τ dialecticum problema τ oſtẽderit dñã ipſoꝝ inter ſe, τ dixerit de poſitione, qꝛ etiã poſitio eſt quoddã problema. Itẽ de inductione cum fecerit ſermonẽ τ oſtenderit quid eſt, τ dixerit ꝙ eſt pars dialecticaꝝ rationũ τ inductionis, vt ẽt ſylls, τ poſt hęc quę τ quot ſint inſtrumenta quibus poſſumus abũdare dialecticis rationibus dixit, τ cum de vnoquoqꝫ ipſoꝝ propria percurrens, oſtendit etiã in vnoquoqꝫ ipſoruꝫ vtilitatẽ ad dialecticẽ. De his igitur cum fecerit ſermonẽ in primo topicoꝝ q̃ neceſſaria hęc ſunt viſui τ opportunitati de locis aſſignãdis. In ſecũdo lib⁹ hoc exorditur aſſignationẽ locoꝝ vtiliuꝫ ad vnũquodqꝫ problema. equideꝫ locus eſt principium τ occaſio argumẽti, τ argumentũ appellãt dialecticum ſyllm, ideo τ Theophraſtus diffinit locum, vt diximus priore libro, ſic locus eſt quoddã principiũ vel elemẽtũ a quo accipimus principia circa vnumquodqꝫ circũſcriptione quadã definitum τ ſingulis indeterminatũ, vt locus eſt, ſi cõtrario ꝯtrium ineſt τ ꝯtrium cõtrario. Nã hęc oratio τ propoſitio eſt, τ illud vlr diffinitũ eſt, naꝫ ꝙ de ꝯtrijs vlr dicitur, indicat, non tamẽ amplius q̃ de his vel his cõtrarijs diciť, eſt diffinitum in ipſo. Porro ſi ab ipſo initiũ fecerimus de vnoquoqꝫ cõtrarioꝝ arguere poterimus, nã ſi quis quęreret de bono ſi iuuat, accipiemus a propoſito loco incipiẽtes proximã propoſitionẽ ꝓpoſito problemati, hanc/ſi malũ nocet, bonum iuuat. Naꝫ ꝑter ꝓpoſitos locos hoc ineſt ꝓpoſitioni τ fides inerit. Si aũt erit quęſitum vtrũ album ſit color diſgregatiuus viſus, rurſus propriã τ proximã huic problemati ꝓpoſitionẽ accipiemus ab ipſo propoſito, hanc. ſ. ſi nigrum color eſt cõgregatiuũ viſus, τ album igiť color erit congregatiuum viſus, ſed ſi ẽt de voluptate quęreretur an bonum ſit, accipiẽt ꝓpoſitio a ꝓpoſito loco dicens, ſi triſtitia malũ, voluptas ergo bonũ, nam oia hęc τ talia potẽtia τ indefinite in ipſo propoſito loco continentur. Rurſus locus eſt vnũ de duobus. ſi aliquid magis videť alicui ineſſe τ nõ ineſt, neqꝫ minus videť ineſſe. At ineſſet eidem. Etenim hęc ratio ipſo vlr determinata eſt, nam ꝙ de ipſo excedẽte magis τ minus dicat, patet, vt etiaꝫ nõ ante hanc ꝙ de ꝯtrijs, ſi singulis eſt indefinita τ incerta. non eniꝫ ſignificatur in ipſo de hoc vel illo magis in aliquo. Poteſt ẽt in colore accipi magis τ minus, τ in ſapore, τ in bono, tamẽ ad vnũquodqꝫ bonũ problematũ quę poſſunt vti magis τ minus incipiẽtes a propoſito loco ꝓprijs abundare ꝓpoſitionibus poterimus. Nam ſi quęrať ſic forte, vtrũ diuitię ſint bone, vel non, aliqs volendo oſtẽdere ꝙ non ſunt bone incipiens a ꝓpoſito loco, accipiet ꝓximã ꝓpoſitioneꝫ propoſito qua ꝙ nõ ſint bone ratiocinabiť, nam ſi ſanitas eſt magis bonuꝫ q̃ diuitię τ non eſt bonũ, neqꝫ diuitię erunt bonuꝫ, qua ſumpta ꝓpoſitione, ſi aſſumereť aliqua propoſitio dicẽs ꝙ non eſt ſanitas bonum, verbi gña qꝛ ſit aliqbus mali cã, erit ſm locũ propoſitum oſtẽſum ꝙ diuitię non ſunt bone. Facit aũt primã locoꝝ qui ſunt ad accidentis problemata aſſignationẽ, quia hoc cõius τ primũ ſm hoc eſt, naꝫ omnibus ineſt, nam ſic ſit ordinata τ diſtincta locorum aſſignatio. Eſt eniꝫ accidens (vt dixit) in libro priore ante hunc ꝙ neqꝫ genus eſt, neqꝫ diffinitio, neqꝫ ꝓpriũ, ineſt aũt rei, ſed ineſſe etiã alia cõſequitur, nam nec genus, nec propriũ, nec diffinitionẽ poſſibile eſt eſſe alu

cuius cuꝫ eidẽ non inſit, ideo ſublato hoc ſcilicet ineſſe, quo accidens diffinit̃, tollitur vnũquodq; alioꝝ, non tñ ecõtra aliquo illorũ ſublato ſimul tollitur accidẽs, quare primũ ſm nãm quo ad hoc accidens eſt alius. Iteꝫ incepit a locis accidentis aſſignationẽ eoꝝ afferre, qꝛ ipſe debuit facere aſſignationẽ ordinatã ⁊ diſtinctaꝫ locoꝝ, perinde ac aſſignaturus ſit ꝙ alij ſunt loci ad accidens, alij ꝟo ad genus, ⁊ alij ad propriũ, ⁊ alij ad diffinitionẽ, naꝫ ſi a diffinitione principiũ aſſignandi loca feciſſet, qꝛ opꝫ diffinitionẽ non ſoluꝫ quid erat eſſe ſignificare, ſed primum quideꝫ ineſſe illi cuius eſt diffinitio, deinde ⁊ in quid eſt pꝛędicari, ac conuerſim cuꝫ diffinito pꝛędicari, neceſſario ẽt mentionẽ fecit de locis probantibus ⁊ improbãtibus velut diffinitiuis, qui ſunt peculiares accidẽti. Et eoꝛuꝫ qui oſtendunt ꝙ in quid pꝛędicat̃, alij ruſus ꝓprij ſunt ꝓblematibus genericis. Iteꝫ eoꝝ qui poſſunt oſtẽdere ꝙ pꝛędicat̃ conuerſim quidã ſunt proprij problematibus peculiares. Sic ẽt alioꝝ problematum proprios locos diffinitiuos dixit. Rurſus de illis dicẽs ⁊ mẽtionem de ipſis faciẽs quoſdã ipſoꝝ dixit eſſe a genere, quoſdã aũt ab alio quodã, tanq̃ ſiant ipſi proprij de pluribus. At nũc incipiens ab accidente, ꝙ cõiſſimũ ⁊ ſimpliciſſimũ eſt locos ipſius ineſſe ⁊ nõ ineſſe vti proprios accidenti aſſignat, deinceps autẽ mentionẽ facimus de his ad genus quot ꝓpter ineſſe in genere terminantur hos veluti proprios generi aſſignat, ⁊ q̃cunq; rurſus ob genus in ꝓprio, veluti eidẽ proprios tradit. Iteꝫ quicũq; ob id in diffinitione ad diffinitiões adaptat. Per hęc igi-

Venit ad cõ textum. tur incipit a locis ad accidens. Et primũ diuiſionẽ quandam ꝓblematũ facit quę põt etiã fieri ⁊ in alijs, maxime aũt eſt in his ab accidente. Eſt aũt diuiſio ꝙ problematũ, alia vl̃ia, alia ꝟo particularia. Nam in alijs generibꝰ problematũ ⁊ ſi aliquid in parte ſumeret̃ vt verum per ſe, tamẽ in ſeipſo hꝫ aliqđ vl̃e, nam qui dicit alicuius animati animal eẽ genus, qꝛ in parte, ⁊ particulariter dicit, tñ hoc aliquid non eſt indiuiduũ ſed vl̃e, ſed in accidentibus ẽt in parte ⁊ particulare velut indiuiduum verum accipit̃ per ſe, nam in ꝓblematibus a generibus, omnia ꝓblemata vl̃ia inter ſe poſſunt accipi, nam neq; genus, nec diffinitio, nec propriũ, alicui indiuiduo ſimiliuꝫ ſpecieꝝ ineſt, ⁊ alicui non, ſed vel cũctis vel nulli, ſed accñs ſolũ poteſt alicui ineſſe vt indiuiduo, ⁊ alicui non, vt album vel muſicũ homini vel alicui alioꝝ accidentiũ eidem. Naꝫ aliquis hõ muſicus, ⁊ aliquis nõ, ſed ob hanc diuiſionẽ ordinem aſſignationis locoꝝ ſumet, nam cuꝫ fecerit diuiſionẽ pꝛędictã, primũ oſtendet ꝙ nõ opoꝛtet omniũ quoſdã proprios locos quęrere confutantes vel ꝓbantes eoꝝ quę ſunt particularia, naꝫ qui probãt vniuerſalia ſimul ẽt probãt particularia quę ſunt ſub ipſis. Quare ijdem ad ambo ſufficiant. Silr etiam vl̃e confutantes ſimul tollunt ẽt particularia. Item qui oſtẽdit ꝙ cõia vl̃ia ꝓbatiua ⁊ cõfutatiua ſunt, ⁊ accipiet ꝙ opꝫ pn̄cipium facere aſſignationis locoꝝ demonſtrantiũ vl̃e, qꝛ hoc etiã ſimul oſtẽdit particularia, ⁊ eſt vtile ad ꝓbationem illoꝝ. Rurſus aũt qꝛ cõium ⁊ vl̃ium alij probantes ſunt, alij ꝟo cõfutantes, quia incipiendũ eſt ab his q̃ ſunt deſtructiui ⁊ cõfutantes, ſumet ex hoc oſtẽdere ponendo problemata quę ponunt ineſſe affirmatiuę ⁊ offerendo diſputantibus oppoſitũ poſitoꝝ. Opponit̃ aũt affirmatiuo negatiuum, igit̃ eo qđ vtiliores ⁊ magis neceſſarij ſunt ipſi loci vl̃es deſtructiui ⁊ confutatiui ipſis dialecticis ⁊ diſputãtibus, ab his initiũ faciet. Ingt ergo [Sunt autẽ problematũ ⁊c̃.] Nunc videt̃ dicere problemata non propoſita ⁊ oblata, nam illa cõtradictionẽ cõtinent, ſed deſinita iam ſm alterã cõtradictionis partẽ, ad quę opꝫ ſemper abundare argumentis. Vt eniꝫ ꝓpoſitionũ alię ſunt continentes cõtradictionẽ in interrogatione, alię ꝟo iam vt ſyllĩ partes accipiũtur cum ſunt altera pars cõtradictionis, nam ipſe ſunt ꝓbabiles nõ interrogationes, ſed iaꝫ conceſſe ⁊ poſite per quę dialecticus ſyllſ ſic etiã problematũ alia ſunt velut propoſita in q̃õnẽ, alia ꝟo vt iam deſinita de quibus nunc dicit. Vniuerſalia aũt nunc dicit quę dixit in libro de interpretatione, vbi vl̃r ⁊ vl̃r accipit, nam omne cõe eſt vl̃e ⁊ ſi indefinite diceret̃, ⁊ tale vl̃e diuiditur cõtra ſingulare, ⁊ vl̃r quidẽ homo, ſingulare aũt Callias. Dicit̃ aũt vl̃e ⁊ vl̃e qñ vl̃i termino adderetur illud oĩs vel nullus, vt omnis homo bipes, nullus homo volanlis. Sic igitur nunc dicta vocat vl̃ia contra quę diuiduntur particularia, ⁊ ipſa circa vniuerſalia facta, vt aliquis homo muſicus eſt, non omnis homo eſt muſicus.

**Sunt autẽ ad vtraq; genera problematum cõia vl̃ia, ⁊ cõſtructiua, ⁊ deſtructiua. Oſtẽdentes eniꝫ qm̃ omni ineſt, ⁊ qm̃ alicui ineſt, oſtendentes erimus. Similiter autẽ ⁊ ſi qm̃ nulli ineſt, oſtenderimus, ⁊ qm̃ non oĩ ineſt, oſtendentes erimus. Primũ ergo de vl̃ibus deſtructiuis dicenduꝫ, eo ꝙ cõmunia ſint huiuſmodi ad vl̃ia ⁊ particularia. Et qꝛ magis poſitiones afferant in eo qđ ineſt, q̃ꝫ non. Diſputantes autem deſtruant.**

Inquit ad ambę genera problematũ cõia ſunt vl̃ia cõſtructiua ⁊ deſtructiua vtilia ⁊ ad particularium cõſtructionẽ ꝓbationẽue, ⁊ ad cõfutationem ⁊ deſtructionẽ, ⁊ ꝙ non opꝫ prorſus quoſdaꝫ peculiares locos ad quęrẽda particularia oſtendit, nam loci (inquit) in quibus vel vl̃e aliquid probabimus, vel vl̃e deſtruemus cões ſunt ad ambo genera problematũ, nunc dicẽdo genera problematũ ipſiuꝫ vl̃e ⁊ particulare. Verũ dicit hoc, quia faciet aſſignationẽ locoꝝ ſimplr ⁊ vl̃r non addendo id ꝙ in parte vel alicui. Vt igitur ſit notuꝫ ꝙ hi ⁊ ſi particulariter aliquid problema fuerit, nobis erũt vtiles, prius de ipſis loquit̃. Dicet ẽt hoc apertius in tertio in calce, igit̃ vl̃ia probatiua ⁊ problema ad vl̃e affirmatiuũ ⁊ ad particulare affirmatiuũ vtilia ſunt. Item vl̃ia deſtructiua ⁊ cõfutatiua ad vl̃e negatiuũ problema ⁊ particulare. Nõ enim ſola affirmatiua problemata ob locos cõcludẽtes vl̃ia ineſſe oſtendũtur, ſed etiã particularia affirmatiua, nam qui oſtendet ꝙ omnis homo reſpirat, ⁊ ꝙ aliquis iam demõſtrauit, ⁊ vtetur aliquis propoſito oſtẽdendo ꝙ quędã voluptas eſt bonuꝫ oſtenſione vl̃is vtendo ꝙ oĩs voluptas eſt bonũ, naꝫ qui oſtẽderit ꝙ oĩs voluptas eſt bonũ, is ẽt oſtendet ꝙ aliqua. Silr etiã qui oſtenderit quadrupes nulli hoĩ ineſſe, vel nulli voluptati bonum, etiã ꝙ non omni demõſtrans erit, non tamẽ ecõtra. Nã neq; qui alicui ineſſe oſtẽdit, iaꝫ demõſtrauit ꝙ etiã omni, neq; qui demonſtrauit ꝙ non alicui, ⁊ iam nulli. Sed notandũ eſt ꝙ vniuerſalia ꝯſtructiua ⁊ probatiua ac cõfutatiua ⁊ deſtructiua vtilia ſunt ad vtraq; genera ꝓblematum, ſed non deſtructiua vniuerſalis. Non enim qui oñdit ꝙ non omnis voluptas bonũ, ſuſtulit etiã id quãdam eſſe bonũ, ⁊ hoc vl̃e ſuſtulit. Item neq; nullã voluptatẽ bonum eſſe tollens, qꝛ oſtẽdit aliquã, iam ſuſtulit, ⁊ hoc. ſ. aliquam non eſſe bonũ, nam confutatur ⁊ tolli-

tur proxime nulla ſub aliqua, quo poſito non tollitur illud aliquã non eſſe voluptatẽ bonũ, quẽadmodũ neq; is qui oſtendit aliquã eſſe bonum iam demõſtrauit ꝙ ẽt omnis, q; igit̃ vlia ſunt cõia. Etenĩ ipſis vtimur ad particularia, ⁊ cõia prima, primũ porro inquit oportere de locis vlis dicere, ⁊ q; vlium alia ſunt cõſtructiua, alia ꝟo deſtructiua rerum rurſus in nãlibus inquit dicendũ eſſe prius de deſtructiuis. Naꝫ rurſus hęc oſtẽdentia vniuerſale affirmatiuũ vtiliora ſunt dialectico, nam q; vt iam mentionẽ feci, poſitiones ⁊ problemata, vt in pluribus affirmatiua afferunt diſputantes. Equidẽ proponit̃ dialectico deſtruere poſitũ ⁊ in oppoſitũ arguere, nam talis eſt in his rationibus exercitatio, patet ꝙ affirmatiuũ negatiue tolleretur, igitur negatiuũ pri9 eſt affirmatiuo, quia multo vtilius dialectico ac vle negatiuũ ꝙ̃ ipſum particulare negatiuũ, quia vniuerſale eſt etiã cõmune particularibus. Q ꝺ ꝟo particularius ſit dialectico deſtruere ⁊ confutare, ꝙ̃ probare ⁊ conſtruere, patet in primo reſolutiuorũ qui inſcribuntur Eudemici. Equidem inſcribitur ipſum etiaꝫ ab Eudemo de reſolutorijs, vbi ſic dicitur, qꝺ dialecticus quę ꝓbat parua ſunt, ſed multum eius virtutis ⁊ potentię eſt ad cõfutandũ ⁊ tollendũ aliquid. Poſtremo dicit poſitionẽ ⁊ problema cõia.

¶ Eſt autem difficillimũ ab accidente cõuerti propriã nominationeꝫ. Nam aliquo mõ ⁊ non vlr in ſolis cõtingit accidentibus. A deſſinitione enim ⁊ ꝓprio, ⁊ genere neceſſariũ eſt conuerti, vt ſi ineſt alicui aĩal greſſibile bipes eſſe, cõuertentem verum erit dicere, qm̃ illud aĩal greſſibile bipes eſt. Silr aũt a genere. nã ſi aĩal ineſt alicui, aĩal eſt. eodẽ modo ⁊ in ꝓprio eſt. Si eniꝫ alicui ineſt grãmatices ſuſceptiuũ eſſe, grãmatices ſuſceptiuũ erit. Nã nihil hoꝝ ꝯtingit ſm quid ineſſe/vel non ineſſe, ſed ſimplr vel ineſſe/vel nõ ineſſe. In accidẽtibus aũt nihil prohibet ſm quid ineſſe, vt albedinẽ, vel iuſtitiã. Quare nõ ſufficit oſtẽdere, qm̃ ineſt albedo/vel iuſtitia/ad oſtẽdẽduꝫ, qm̃ albus vel iuſtus eſt, propterea q; non neceſſarium eſt in accidentibus conuerti.

¶ Difficillimuꝫ diceret quia non ſimplex: neq; ꝓ̃ptum vt in alijs. Nunc conuerſionẽ aliaꝫ dicit a dictis in reſolutorijs, nam illaruꝫ erat alia ſm terminos, alia ꝟo ſm affirmationẽ ⁊ negationem, vt cõtingentes conuertebãtur ꝓpoſitiones, ſed nunc dicit cõuerſioneꝫ ſm nomen. nam eo qꝺ id nunc ineſt alicui poſito nomini ſubiuꝫ appellatur, dicit conuerti, vt animal ineſt homini conuertentes dicimus homo animal eſt, nam ꝙ accipimus ineſſe alicui ſubiecto hoc ſubiectum eſſe dicimus. Erit aũt conuerſio hęc quatenus primo incipientes a pdicato, poſtea a ſubiecto principiũ faciemus. Quãdo igitur ſic mutãtibus nobis verum fuerit ipſuꝫ dicere ⁊ nominare ſimplr ⁊ ſine alicuius additione ſubiectũ eidem nomini ineꝛiſtentis, ſic quę inſunt dicit conuerti ſm nomen. Dixit aũt illam ab accidente pro hoc illam nominãteꝫ ꝓprio nomine accidẽtis ſubiectũ eidẽ, vel ipſum cõuertere dixit propriã nominationẽ ab accidente, nam nominaꝫ ſubiectum nomine pdicari tanq̃ ſit hoc proprius in tali ꝯuerſione, ſed in quibus hoc non amplius verũ, hęc non cõuertuntur eadem cõuerſione ſm nomẽ. Quę igitur vt genera inſunt alicui, vel vt diffinitiones, vel vt ꝓpria cõuertuntur, nã cuius genus eſt animal, hoc eſt animal, ⁊ cuius diffinitio eſt animal pedeſtre bipes, ideꝫ eſt animal pedeſtre bipes, ⁊ cuius propriũ eſt riſibile, hoc riſibile eſt, ideo ſi aliquid de ipſis poſitum ineſſe non conuerti, neq; ſic ineſſet tanq̃ ineſſe poſitum ſit. Sed hoc in accidente non ſimplr verum eſt. Non eniꝫ ſi alicui albũ ineſt, hoc iam omnino albũ eſt. Item nec ſi non albũ dicere eſt, iam ⁊ non ineſt albũ ipſi, quare nõ poſſunt accidens deſtruere qui vtuntur hoc, ⁊ cauſa huius eſt, q; accidens poteſt alicui ineſſe, ſed cui non toti, ſed ſm aliqd ineſt, ⁊ partim, hoc non eſt ſimplr nominandũ eodẽ nomine ſic exiſtentis. Non enim illud ꝙ eſt ſm aliquid nigrum, iam ⁊ nigrũ eſt, neq; id qꝺ ſm aliquid album, iaꝫ ⁊ albuꝫ eſt. Porro ęthiops cum ſit ſm aliqd albus, quippe qui ſm dentes eſt albus, hoc autem .ſ. ꝙ alicubi partimq; ineſt in ſolo accidẽte locũ habet, naꝫ neq; genus, neq; diffinitio, neq; ꝓprium proprio dicturꝫ alicubi partimq; alicui ineſſe poteſt, vt neq; particulari alicui ⁊ ſolo indiuiduo, quare ſi alicubi aliquo ꝙ̃ ineẽ ſubiecto eſt cauſa eſt vt non cõuertat̃, ⁊ hoc ſoluꝫ poſſibile eſt in accidente, de ſolo igitur accidẽte erit verũ non ſemper cõuerti. Non enim amplius erit ſubiectũ dicendũ accidẽs alicubi aliqualiterq; ⁊ non ſimplr ineſſe. Nõ tollitur autem accidere alicui ab ipſo non cõuerti. Non enim ſi nõ cõuertitur, ob id neq; accidit, ſed neq; oſtenditur ſubiectum nominatum nomine accidẽtis ſi oſtenderet̃ eideꝫ accidens. Equidẽ facturus aſſignationẽ locoꝛuꝫ ad accidẽs, quędã propria ſunt pręter alia ꝓblemata ipſis problematibus ex accidente, primuꝫ expoſuit quoꝝ vnum erat vle ⁊ in parte in hoc fieri quędaꝫ problemata, ſi aliquis intelligeret, ſic illud in parte particulareq; tanquã dictũ de indiuiduo. Secundũ autẽ non cõuerti predicto mõ cõuerſionis omnia problemata ab accidente. Hoc autem cognoſcimus cum ſit vtile ad argumentationes. Nam qui oſtendit ꝙ non eſt homo animal vel animal rationale mortale vel riſibile, ſimul demõſtrant etiam ꝙ nec genus, nec diffinitio, neq; proprium eius erat aſſignatũ, naꝫ cõuertunt̃ hęc. Qui autẽ oſtendit ꝙ hõ non eſt albus, vel niger, vel aliquid aliud accidens ipſi, non iam ⁊ accidere aliquid hoꝝ ipſi ſuſtulit deſtruxitq;, naꝫ poteſt aliquid ipſoꝝ partim ⁊ ſm aliquid accidere ipſi, nam in accidenti ⁊ vle ⁊ particulare, ſic ſe habẽt aliquo mõ partimue ⁊ ipſum ſimpliciter. Equidem ipſum ſimpliciter habet aliquã proportionẽ ad ipſum vniuerſale, ⁊ ipſum partim, ⁊ aliquo mõ ad ipſum particulare, quę ambo competunt accidenti, vt etiam ipſe meminit, naꝫ aliquo mõ ⁊ non vle opponuntur his non aliquo mõ ⁊ ſimplr, vt ẽt particulare opponitur vli. Vnde oppoſuit vle ipſi aliquo mõ tanq̃ hñs ſimilitudinẽ cũ ipſo ſimpliciter. Scḋm qd autẽ iuſtitia alicui inſit, vt dixit, ſi ſic apte nã ſe hñe ad hunc habitũ apte atq; idoneę, ſilr etiã ſi ex more conſuetudineq; ſola circa aliqua iuſta ſe haberet inclinate atq; propenſe. Nam nondum talis ſimpliciter iuſtus ꝙ̃ꝙ̃ ſibi aliqua iuſtitia inſit.

¶ Determinare autē oportet, ⁊ peccata, quę ſunt in ꝓblematibus, nam ſunt duo, vel quo falſum dicunt, vel quo tranſgrediunt̃ poſitaꝫ locutioneꝫ. Falſum enim dicentes, ⁊ qui qꝺ non ineſt, ineſſe dicunt mentiunt̃, ⁊ qui extra-

**ticis noībus res appellant (vt platanū homi-nem) transgrediunē poſitam nominationē.**

¶ Exponit quō poteſt dici problema falſum, nam ſi problema cōtradictionē cōtinet, quō erit verū dicere ⁊ falſum in problematibus? Niſi ergo ꝓblema (vt ṗdixi) iaꝫ non propoſitū ⁊ adductū in q̄ōne amplius dicat, ſed iaꝫ definitum ⁊ poſitū, vt dixit, iam initio cui fauet aliquis quē dialecticus redarguere nititur. Inquit auteꝫ oporte re primū definire peccata ſm problemata, ⁊ nota eſſe ante aſſignationē locorum, nam q̄ꝛ deſtructiones ꝓblematum ſm peccata in ipſis fiunt, oportet profecto hęc nota ⁊ cōceſſa eſſe, nam ea ſm quę opꝫ ipſoꝝ elēchum fieri per argumentationē ipſoꝝ hęc noſcēda ſunt. Duo aūt inquit fieri peccata in ipſis problematibus, quę ꝑfecto cum manifeſte efficiat erit deſtructiue ꝓblema. Vel enim falſum ponitur per ipſa, vel tranſgrediunē in ipſis poſitam locutionē. Nam mētitur qui ponit voluptatem eſſe finem, ⁊ huic aſſentitur ⁊ confidit. Naꝫ ꝙ non ineſt alicui voluptati ineſſe dicit. Similiter mentiē ⁊ is qui ponit motum per vacuū fieri. Itē qui ponit magnitudines indiuiſibiles. Item qui ex planis generāt corpora. Item qui animā ſeparabilē ⁊ imortalem ponit. Item qui ſolū honeſtum bonū dicit, vt etiā is qui bis duo dicit quinque. Tranſgrediē aūt poſitam locutionē qui ſubiectaꝫ naturā quę aliquādo eſt cognoſcens non ꝯſueto ⁊ poſito nomine nominat ipſaꝫ, ſed circūſcribit ⁊ improprijs nominibus vtens de ipſis. Et dicentes ſolum ſapientē diuitē, vel ſolū pulchrū, vel ſolū generoſuꝫ, vel ſolū rhetorē, nā hi non ignorātes q̄ inſunt ſapiēti hęc dicūt diuitias, pulchritudinē, vel nobilitatē, ſed trāſgrediētes poſitā locutionē. Nā diuitię vel pulchritudo non de virtute, ſed illa quę de pecunijs ⁊ poſſeſſionibus pręedicaē. Pulchritudo aūt in cōmēſuratione diſſimiliū partiuꝫ in aīali verſaē, ꝙ ſi eſt peccatū hoc facere qui oſtēdit aliq̄d talē in ꝓblemate, erit reꝑhendēs idem. Verū ipſe vſus eſt euidenti exēplo ⁊ talis peccati obiurgāte dicēdo platanū hoīeꝫ. Nam ſi vir aliq̄s idem cōcederet, trāſgrediē poſitā locutionē, ſic dicet ⁊ platanū hoīeꝫ. Qui ergo ſic dicit platanū hoīeꝫ ⁊ aīal rōnale mortale, mentireē ⁊ incideret in primo dicto peccato, ⁊ qui talē arborē ſic nominās, trāſgrederetē poſitā nominationē. Verū appoſuit hoc oſtendendo ꝙ etiā tale peccatū eſt, ⁊ non ſolum mentiri, ⁊ fierent deſtructiones ꝓblematum etiam ſm hoc.

**¶ Vnus igiē locus eſt inſpicere, ſi ſm aliqueꝫ aliū modū ineſt, q̄ꝺ vt accidens aſſignauit.**

¶ Cum dixerit incipiēdū ab ipſis vlībus deſtruentibꝰ primū locū talē aſſignat, nam oſtēdit per ipm̄ ꝙ nō eſt accidēs vt accidēs aſſignatū. Nihil eoꝝ quę inſunt alicui ſm quēdā aliū modum vt accidens ipſi ineſſe pōt. Iteꝫ ſciendum eſt ꝙ Theophraſtus dicit differre ꝑceptū ⁊ locū. Nam ꝑceptum eſt cōe ⁊ vlius ſimpliciuſq; dictum ex quo locus inuenitur. Nam principium loci eſt pręceptū, vt locus argumenti, vt pręceptū quidē ſic dictū ꝙ oportet arguere a cōtrarijs a cognatis. Locus aūt dicit ſi cōtrariū multipliciter, ⁊ alterū multipliciter, vel ſi cōtrariū cōtrario ineſt, etiā cōtrario ineſt cōtrariū, ⁊ rurſus velut in coordinatis ⁊ cognatis ſic etiā reliqua, nam locus eſt ꝓpoſitio iam quędā facta ab ipſo pręcepto. Hanc autē dico differentiā pręcepti ⁊ loci cum Theophraſtus nouiſſet talia qualis eſt primus dictus locus pręcepta vocat ⁊ locos pręcipientes. Nam reſpiciendū eſt ſi alio quodāmodo ꝙ ineſt velut accidens aſſignauit, tum locus pręcipiens in ipſo erit ſi vt accidens aſſignatuꝫ alio quodā modo ineſt, non bene aſſignatum eſt. Item accuratius ſi velut accidens aſſignatum generis erit, vel rurſus diffinitio, vel proprium. Atqui Ariſtoteles etiā hęc locos vocat, vel q̄ꝛ cum pręcepto iam ⁊ locum accepit. Semꝑ aūt a ſpecialiſſimis nominationes facimus rerū vt ſubſtantiā non ens magis q̄ ſubaꝫ nominamus, vel quātitatē ens, ſed magis proprie quātitatem. Quia igitur hęc non extra rationē etiam talia appellat locos reruꝫ. Cū itaq; ſint duo peccata in problematibus vt pręedixit, vel mētiri, vel poſitā locutionē tranſgredi, aſſignatus locus videtur magis dici ad trāſgredientes poſitā locutionē, niſi aliquis putaret ꝙ aliter ineſt. Eſt auteꝫ locus inquit reſpiciendum eſſe ſi fautor problematis id q̄ꝺ ineſt alio quodāmodo vt accidens aſſignauit. Naꝫ illud ſm quēdam alium modū ꝙ ineſt dicendo accidere, ſignificat ꝙ alio modo, videlicet a pręedictis. Nam oſtenſuꝫ eſt ꝙ omne ꝙ alicui ineſt, vel vt genus, vel vt diffinitio, vel vt propriuꝫ, vel vt accidens, ineſt. Si ergo vt genus ineſt alicui, vel vt propriuꝫ, vel vt diffinitio, vt accidēs ineſſe diceretur, patet ꝙ velut peccans redargueretē, ſed quomodo hoc poteſt cognoſci deinceps dicit.

¶ Ideſt ſimilr oſtēdi poteſt fugibile ⁊ eligibile, nā minus eligibile ſimiliter eligibile ⁊ fugibile, eſt eo ꝙ eſt ſolū eligibile, ceu ſi tractare ciuilia eligibile ⁊ fugibile. Nam fugibile eſt ob moleſtias ⁊ accēſiones iraſq;. Sed philoſophari eligibilius ſolū eligibilius eſt philoſophari, ⁊ ſi exiſtimatio, pulchritudo, diuitię fugibilia ⁊ eligibilia. Nam ob ipſas inſidias ꝓꝑ ſe hꝫ aliquid ⁊ fugibile. Sanitas aūt ⁊ robur eligibilia ſoluz eligibiliora hęc illis eligibilibus ⁊ fugibilibus. Erit etiaz nauigare ⁊ mercari ob pericula maris ſeſe habentia ad eligibile ⁊ fugibile, ſed terraz colere eſt ſolum eligibile.

**¶ Idem autē loci vtiles, ⁊ ad demonſtrādūz quoduis eligendū, ⁊ fugiendū. Naz auferre ſolum eam opꝫ (quę ad alterū eſt) ꝓeminentiā. Si enīz qđ honorabilius, eligibilius, ⁊ honorabile eligendum. Silr aūt ⁊ in alijs: quęcūq; huiuſmodi habent comparationem.**

¶ Aſſignādo locos per quos poſſibile eſt facere cōparationes ſm eligibilius facere eoſdē locos inquit locos cōgruere ⁊ ad oſtēdendū ꝙ ſimplr eſt aliquid eligibile, nā q2 eligibilius vt vtilius, ⁊ melius ac bonuz, ſi excellētias ⁊ ꝯparationes adinuicē vniuſcuiuſq; ipſoꝝ auferamus, oſtēderemus ipſa ſimplr exiſtentia talia per eoſdem locos, nam eo ꝙ honorabilius eſt eligibilius, hoc etiā honorabilius aliquo eligibilius illo, quare in accipiēdo ꝙ honorabilius erit ēt ꝙ eligibile accipiens. Silr etiaz vtilius eſt eligibilius, q2 vtile eſt eligibile auferentes, igitur opꝫ accipere cōparationē adinuicez, omne honorabile eligibile, principatus, verbi gratia honorabilis ⁊ eligibilis eſt. Silr ēt de vtili, vtile eſt eligibile, ⁊ diuitię ſunt vtiles. Eadē ratio ⁊ in alijs oſtēdit̄ ſm eligibilius, quęcūq; cōceſſo eligibilia ſunt, quatenus comparatio ipſis eligibilior eſſe oſtēdit̄. Non enim ſolum honorabilius ⁊ vtilius eſt eligibilius, ſed etiā id qđ eſt magis carens ſic fortuna ⁊ ſuaue, ⁊ qđ ſtudioſus elegeret magis ⁊ ſm quęcūq; alia talia, ſm eligibilius excellētia fieri oſtēſa eſt, ſm omnia ſi auferētes comparationez ⁊ excellentiā adinuicez illud ſimpliciter accipimus, erimus oſtēdentes vnūquod eligibile ipſorum.

**¶ In aliquibus enīm ſtatim ſm eam, quę ad alterum eſt cōparationē, ⁊ quoniā eligendūz vtrūq;, vel alterum dicimus. Ut quādo hoc quidem natura bonuz, illud autē non natura bonum dicimus. Nam qđ natura bonuz, manifeſtum, quoniam eligendum eſt.**

¶ Inquit in quibuſdā ſtatim ſm eam quę eſt ad alterum cōparationē cōtineri ⁊ fieri argumentū poſſe, ⁊ vtrunq; ipſoꝝ eligibilius eſſe, vel alterū plene. Prorſus .n. ambo opꝫ eſſe talia ꝯparata, nī perſpicuo alteꝝ poſitū tale eſſe ponit, nam cui additur bonū, perſpicuo hoc hꝫ ⁊ alterū appoſitū, non amplius ſimilr plane eſt eligibile in cōparatione ſm vtile cōtinetur. Eſt igitur ꝙ dicit, q2 in aliquibus non op' eſt cōſtructione ad oſtēdēdūz eligibilius dictis ſm cōparationē, nam ęque ad oſtendendū vtile eligibile, vel delectabile, vel carens triſtitia, vel longeuuz eget ratione. Sed in quibus cōparatio ſm bonū. Hęc ꝑſpicuo eligibile haberet, nam eligibile bonum, vel non, hoc eſt dictū per hoc. Similr aūt ⁊ in alijs quęcunq; hnt talē cōparationē, ſed q2 aliqua dictoꝝ ſm cōparationez non oīno ⁊ ſimplr planum ⁊ manifeſtū habēt. Nō enim ſi vno excedens aliquid plus illo, ⁊ ꝓpter hoc tria plura duobus, iam ꝙ ⁊ plura eſſe poſſent tria per hunc locum poteſt oſtēdi auferētes excellentiaz eius ad duo, ſꝫ neq; q2 omnis accepta magnitudo, ⁊ ſi parua fuerit continet aliquid, ⁊ ꝙ cōtinet aliqd eſt iam maius, q2 maius ⁊ magnū ob id ergo adiecit hoc quęcūq; talez habēt, id qđ talem aūt habeat cōparationē eligibilius aliud alio oſtendere opꝫ aliquid eſſe lōgioris eui ⁊ firmioris q̄ꝫ talibus. Nam dicendo id qđ natura bonūz eligibilius eſſe, eo ꝙ non eſt natura bonū, eo ꝙ bonū eſt eligibile, idez in ambobus accipit, ⁊ ꝙ ambo ſint eligibilia ponit. Etenim ſi qd natura boni eſt, hoc eligibile eſt, ⁊ ſi non natura autē fuerit aliqd, lꝫ hoc etiā bonū ſit eligibile. Nam oē bonū eligibile, cōparātes igitur dicimus natura bonū eligibilius eſſe eo ꝙ nō eſt natura bonū, ⁊ eſt natura bonū ſanitas, nō natura autē vincere pugnantē, igit̄ eligibilior eſt ſanitas victoria in bello. Oſtēdentes autē eligibile dicimus natura bonū eligibile, natura aūt bonū ſanitas eſt, igit̄ ⁊ eligibile. Rurſus etiā omne bonū eligibile, quare ēt bonū non natura. Similiter ⁊ in honorabiliore, ſi hoc

eo ꝙ eſt bonorabilius eligibilius eſt, qa bonorabilius eſt eligibile, ⁊ bonorabilius aliquo bonorabile, nam nõ eſſet bonorabilius nõ exiſtẽs bonorabile, hoc igitur eſt eligibile. Similr ſi hoc eo ꝙ longi tẽporis bonuꝫ eſt hoc eſt eligibilius, idem qꝛ eſt longi tpis eligibile erit. Patet igiẽ quõ põt vti cõparatiuis locis ⁊ ad oſtenſionẽ ſimpliciter eligibilis. Sed quereret aliqs ſi in oĩbus ſanuꝫ integriſqꝫ aliqd magis exiſtens, ⁊ ſimplr ſit. Nam dicitur terra leuior terra ꝙꝫ non ſit ſimplr leuis, ⁊ ignis igne grauior, ⁊ non eſt ſimplr grauis. Niſi ꝙ non ꝓprie in his cõparatiua dicũtur non recipientiũ rõneꝫ huius quatenus cõparatio. Nec eniꝫ terra leuis rationẽ ſuſcipit, quę quideꝫ ſimplr eſt grauis, leue aũt ꝙ ſuapte natura fertur in locum ſuperiorẽ, nec ignis ſimilr recipit diffinitionẽ grauis. Non enim dicit̃ vna terra leuior altera terra, eo ꝙ celerius ſuapte natura ſurſum fertur, ſed eo ꝙ bene vi ⁊ facilius ſurſum impellitur ꝙ non eſt leuis. Similiter ⁊ ignis grauior dicit̃ ꝙ facilius deorſum ſeqtur, itaqꝫ ſimilitudine hęc quędam dicuntur non proprie.

**❡ Sumendum aũt ꝙꝫ maxime vl'es locos de eo, qđ eſt magis, ⁊ minus: nam ſic ſumpti ad plura vtiles erunt. Fieri aũt poteſt, vt eorum qui dicti ſunt, quoſdã vl'es magis quis faciat, parum tranſmutãs ſm appellationeꝫ. Ut qđ natura tale eo, qđ non natura tale magis tale. Et ſi hoc quidẽ facit, (illud autẽ non facit, qđ hꝫ tale) cuicũqꝫ inſit, magis tale eſt, qđ interdum facit tale, ꝙꝫ quod non facit. Si autem vtrũqꝫ facit, quod magis facit tale.**

❡ De magis ⁊ maiore ⁊ prorſus de his quę ſunt in cõparatione aſſignans nobis cõparatiuos locos in quodam diffinito, nam de eligibili, quippe cũcti ſm hoc faciebãt cõparationẽ, qꝛ longe melius ſequit̃, ⁊ congruentior eſt locorũ aſſignatio in aliquo definito, vt natura eligibile bonũ. Natura aũt bonũ ſanitas, ſanitas aũt natura eligibile. Sunt aũt quędaꝫ natura eligibilia nõ oĩno bona, vt bonũ ſanitas prima ꝓpoſitio, vt diximus facta, qꝛ nõ ſit cõparatio ſm eligibile ſolũ, valde cum docẽdi norma ⁊ via ſuboſtẽdit nobis ꝑ qđ addit qũo his eiſdeꝫ locis vlr ⁊ ad alia oĩa ſm quę cõparatio ſit, vti poterimus, nam qa magis cõparatiuũ exiſtẽs ⁊ maius ſilr non in bonis ſolũ vel malis ⁊ eligibilibꝰ ⁊ fugibilibꝰ dicit̃, ſed etiã in alijs, maxime quidẽ in magnitudinibus, ⁊ in numeris auteꝫ ⁊ grauibus, ⁊ in alijs infinitis fieri cõparatio ſm maius, inquit oportere cõparatiuos locos vt indicauit appoſitione hac de his magis ⁊ maius, perinde ac vliores accipiat, nam ſic accepti ad plura erunt vtiles, ⁊ nõ ſoluꝫ ad eligibilia ⁊ fugibilia, ad quę nũc ipſis vſi ſumus. Sed dicendo hoc qũo poſſibile eſt ꝓdictos locos vl'es efficere ſupponit. Nam ſi parũ mutauerimus in expõne ipſoruꝫ cõĩus pro ſpãlio re addẽtes, fieret prędictũ, ⁊ qũo hoc fieret ꝑ exẽpla indicat in locis. Primũ quidẽ natura bonuꝫ hoc nõ natura bono eligibilius eſt. Naꝫ ſic dictus locus in bonis ſolum ⁊ cõparatione boruꝫ vtilis ſit. Quia ꝟo non ſolũ natura bonũ, bono nõ natura magis bonum ⁊ eligibilius. Item natura fugibile fugibilius eo ꝙ non natura, ⁊ ꝙ natura albũ eo ꝙ nõ natura albius. Et in ſano ⁊ dulce ⁊ ſimilibus his eadẽ ratio, porro ſi dicamus pro hoc natura bonũ hoc .ſ. natura tale non natura tali magis tale, vleꝫ faciemus locũ, ⁊ vti ipſo ad oĩa poterimus in quibus eſt hoc natura, ⁊ hoc non natura. Naꝫ ſic omnia concederẽtur ſic poſito loco. Rurſus ponat̃ faciens ꝓſentia bonos eligibilius nõ faciente, ſi pro hoc efficiẽs bonos eligibilius eſt nõ faciente ſpecifice dicto, accipiamus efficiens habẽs idipſum tale aliqd non faciente eſt magis tale, vleꝫ efficiemus locuꝫ, ⁊ ad plura ipſo vti poterimus. Ipſe aũt ſic poſuit locũ, nam ſi facit ipſum habẽtem talẽ, cui ſi inſit, hoc aũt non efficit magis talẽ, quandoquideꝫ efficit, vel ꝙ non facit, nam ſic ⁊ efficiens calidum eſt calidius non faciẽte, ⁊ efficiens dulce, ⁊ efficiẽs bonũ, ⁊ efficiens delectabile, ſi autẽ ambo facit ideꝫ magis efficiens, tale magis, vt ſi ambo faceret habens dulce, vel calidum, vel bonum, vel maius, nam tranſpoſitio eſt in generaliſſimum, qđ quidẽ eſt tale cõmunioreꝫ fecit locum ⁊ longe vtiliorem.

**❡ Amplius ſi eodẽ aliquo, hoc quidẽ magis: illud aũt minus tale. Et ſi hoc quideꝫ tali magis tale, illud ꝟo non tali tale, manifeſtũ, quoniam primum magis tale.**

❡ Aſſignauit quędã ⁊ talẽ locũ, ſi eodẽ aliquo aliud maius bonũ eſt, ⁊ aliud minus, eligibilius eſt maius, naꝫ ſic bona habitudo diuitijs eligibilior eſt, qꝛ ſanitate bona habitudo eligibilior eſt. Itẽ diuitię minꝰ eligibiles. Quõ igit̃ ⁊ hũc vliorẽ faciemus, expõne, ⁊ appellatione dicit, nã ſic dictus eſt locus. [Si eodẽ aliquo hoc qdeꝫ magis, hoc aũt minus tale,] magis tale qđ eodẽ magis eſt tale. Nam vl'e erit accipiẽtibus nobis pro hoc bonũ tale, naꝫ hoc poſito ⁊ maius aliqd aliud alio, ⁊ plus ⁊ calidius, ⁊ dulcius, ⁊ oĩa his ſimilia oſtẽdere poterimus, eo ꝙ cunctis ipſis congruit tale. Et ſi hoc magis tale ꝙꝫ tale. Hoc aũt non taliter tale patet ꝙ primũ dictuꝫ magis tale eſt huius locis dicẽtis ſi aliquo bono maius erit bonũ, ⁊ bonũ quidẽ erit, nullo autẽ bono maius eligibilius aliquo bono maius ⁊ vlis eſt hic queꝫ exponit, nam poſſumus ꝑ eundẽ ⁊ calidius aliud alio extis oſtẽdere ⁊ dulcius, ⁊ alia infinita, eo ꝙ tale pluribus cõpetit ſi nõ eligibilibus ſolis. Videt̃ alius qs locus ꝑter dictos eſſe iſte ſi aliquis ipſum ſic intelligeret. Nam calidũ ſi calidius magis calido magis calidũ, ⁊ hoc magis ꝙꝫ dulce. Similiter ⁊ in frigido ⁊ amaro ⁊ talibus.

**❡ Amplius ex additione, ſi aliquod eideꝫ additum, totum magis tale facit.**

❡ Oſtẽdit qũo loci ex appoſitiõe ⁊ ablatione quos expoſuit, ⁊ ipſi fierent vliores. Quos igit̃ expoſuit ex appoſitione hi fuerũt. Si eidẽ additũ totũ eligibilius facit ⁊ minori additũ totuꝫ maius facit, ad quos aũt nũc trãſponit ipſos hi ſunt. Si eidẽ additũ totũ magis efficit tale, nam magis tale vniuerſalius hoc eligibilius. Congruit etiaꝫ hoc in albo, dulce, malo ⁊ talibus.

**❡ Aut ſi ei, quod minus eſt tale, additum totũ magis tale facit.**

❡ Nam minus tale ⁊ magis tale vniuerſaliora ſunt minus tale ⁊ magis tale.

**❡ Silr aũt ⁊ ex ablatione. nam quo ablato reliquum minus tale eſt, ipſum magis tale.**

❡ Dictus locus erat de eligibili, naꝫ quo ſublato ab eodẽ relictũ eſt minus, illud maius erit aliqñ ablatum relictũ minus facit. Sed in quẽ nunc tranſmutat eſt iſte, quo ſublato reliquum minus tale ideꝫ magis tale, nam hoc minus ⁊ maius quibus vtebatur minus tale, ⁊ magis tale cõmuniora ⁊ vniuerſaliora ſunt, ideo ſic poſito loco poſſumus vti in pluribus.

**¶ Et quę ꝯrĳs ſunt impermixtiora, magis ta lia, vt albius quidem nigro impermixtius.**

¶ Hic locus trãſlatus eſt etiã ad vlius, ab hoc immixtius malo bonũ erit eligibilius mixto, naꝫ eadẽ dixit in carẽtia triſtitię eligibiliora ſunt ꝙ̃ cum triſtitia, naꝫ vlr̃ dixit magis talia qualia eſſe dicunẽ immixtiora cõtrarĳs, nã albũ magis immixtius eſt ꝯrio ⁊ dulce ſimilr̃, ſed ſuaue ⁊ in alĳs qbus eſt aliqd ꝯriũ. Põt ẽt ab vltimo loco dicto ſic trãſlatus eſt, ad hũc amplius ſi ſilr̃ oſtendere fugibile.

**¶ Amplius pręter ea, quę dicta ſunt prius, qḋ magis ſuſcipit propoſiti rationem. Ut ſi albi eſt ratio, color diſgregatiuus viſus, albior is eſt, color magis diſgregatiuus viſus.**

¶ Pręter locos cõparatiuos aſſignatos, hũc impſtitia exiſtentẽ addit a diffinitione. Nõ eniꝫ mẽtionẽ fecit de ipſo in cõparatione ſm̃ eligibile, nã recipiẽs magis diffõneꝫ illã ꝓpoſiti magis tale. Albũ qdẽ magis id ꝙ albi rõnẽ recipiẽs eſt, nã color diſgregatiuus viſus magis albũ, qꝛ albũ eſt color diſgregatiuus viſus. Silr̃ ⁊ dulce eſt ꝙ recipit magis rationẽ dulcis ⁊ eligibile ſm̃ hęc ipſa erit ꝙ magis recipit rõnẽ eligibilis, ⁊ voluptuoſuꝫ id qḋ hꝫ magis rõnẽ voluptatis quẽ forte nõ aſſignauit locũ in locis demõſtrãtibus eligibiliora, qꝛ nec eligibiles boni, neqꝫ vna ei⁹ erat rõ, nã multiplr̃ dictoꝝ ſũt bona ⁊ eligibilia.

**¶ Si autẽ particulariter, ⁊ non vlr̃ problema ponatur, primũ quidem dicti vlr̃ cõſtructiui, vel deſtructiui, loci oẽs vtiles. Ulr̃ enim interimẽtes, vel conſtruentes, ⁊ particulariter mõſtramus. Nam ſi omni ineſt, ⁊ alicui, ⁊ ſi nulli ineſt, nec alicui. Maxime autẽ oportuni ⁊ cõmunes loci qui ſunt ex oppoſitis, ⁊ coniugatis, ⁊ caſibus. Similiter enim probabile eſt exiſtimare, ſi oĩs voluptas bonuꝫ, ⁊ triſtitiã oẽm maluꝫ eſſe. Et ſi aliqua voluptas bonum, ⁊ triſtitiã aliquã eſſe maluꝫ. Item ſi aliquis ſenſus non eſt poteſtas, ⁊ inſenſibilitas quędã non eſt impotẽtia, ⁊ ſi quoddã opinatũ diſciplinatũ, opinio quędã diſciplina. Rurſum ſi aliqḋ iniuſtoꝝ bonum, ⁊ iuſtoꝝ aliqḋ malũ. Et ſi aliquod eoꝝ, quę iniuſte malũ, ⁊ aliquod eorum, quę iuſte bonuꝫ. Et ſi quoddaꝫ delectabile fugiendũ, ⁊ delectatio quędã fugienda. Scḋm hęc autẽ ſi aliquod delectabile vtile, delectatio quadam vtilis.**

¶ Cũ dixerit in ſcḋo ⁊ in hoc libro de vlibus ꝓblematibus quęcũqꝫ cõtinẽt accidens, vel ſimplr̃ qõnẽ hñtia, vel cõparatiuã, ⁊ qui ipſis cõgruũt loci, nunc de cõparatiuis ꝓblematibus nõ amplius dicit. Sed oſtẽdit qñ poſſibile ſit aſſignatis locis vti ⁊ ad cõſtructioneꝫ ⁊ deſtructionẽ problematũ particulariũ. Et primũ oſtẽdit ꝙ etiaꝫ principio dixit ſecũdi ꝙ vlẽs dicti loci non ſolũ ſunt ad vlia problemata vtiles, ſed ẽt ad particularia, nam conſtructo vli ⁊ particularia ſimul cõſtruũtur. Et rurſus deſtructo vli etiaꝫ particularia deſtruũtur, ſi ẽt particulare fuerit problema poſitũ. Vtiles ſunt vlẽs loci, naꝫ ſi quęratur, an hęc voluptas ſit bonum qui oſtendit omnẽ voluptatem eſſe bonũ, demõſtrauit ꝙ etiam quęſita. Rurſus ſi fuerit ꝓpoſitũ oſtendere hanc quandã voluptateꝫ non eſſe bonũ, qui oñdit nullã exiſtẽte voluptatẽ bonũ, demõſtrauit ꝙ nec ꝓpoſita. De his aũt mentioneꝫ fecit (vt dixi) etiã principio libri ſcḋi per quę dixit. [Sunt aũt ad vtraqꝫ genera problematuꝫ cõia vlia conſtructiua ⁊ deſtructiua.] Nũc auteꝫ apertius hoc explicauit dicẽdo oẽs vlẽs vtiles eſſe ad particularia problemata, nam oẽ vlẽ oſtẽſum ſimul oſtẽdit, ⁊ id qḋ eſt ſub ipſo maxime in opportunitate tẽporeqꝫ. Et cões inquit eſſe locos ad vniuerſalia ⁊ particularia ꝓblemata eos dicens ex oppoſitis ⁊ cognatis ⁊ caſibus. Non eniꝫ oĩa particularia ſunt ꝑ vlia oſtẽdi, eo ꝙ ſunt aliqua particularia ⁊ per ſe vera ⁊ falſa, ideo opꝫ ad hęc ⁊ proprioꝝ quorũdã locoꝝ. Nam ad oſtendendũ quẽdã hominẽ muſicũ non eſt poſſibile, vt vtamur hoc oẽm eſſe muſicũ, qꝛ hoc nõ eſt veꝝ, neqꝫ ad hoc quẽdã non eſſe grãmaticũ hoc vti poſſumus nullum ⁊c̃. Et qꝛ quadrifariã dicũtur oppoſita in vnaquaqꝫ ſpẽ oppoſitionis ſiue oppoſitis ſm̃ ꝯdictioneꝫ oſtẽdit ꝙ idẽ locus ſilr̃ conueniet, vli exiſtẽte problemate ⁊ trãſlato ad particularia ad hęc ab illo. Et primũ in ꝯrĳs oſtendit hoc. Similr̃ enim inquit ꝓbabile eſt, ſi hoc quęratur nunqd oĩs triſtitia malũ putando ſi oĩs voluptas bonuꝫ ⁊ oĩs triſtitia malũ erit, qui eſt locus a cõtrarĳs vlibus, ⁊ ſi quęrañ an quędã triſtitia malũ, putando digñuꝫ qõne ſi voluptas quędã bonũ, ⁊ triſtitiã quãdã eſſe malũ, naꝫ eſt in bonis actionibus voluptas bonũ, ⁊ in eiſdẽ actionibus triſtitia malũ, nam cũ problema ſit vlẽ ⁊ quęritur ſi oĩs triſtitia malũ hoc probabile ex ꝯrio argumẽtationẽ facere vlẽꝫ ſic. Sic oĩs voluptas bonum ⁊ oĩs triſtitia malũ. Si aũt particulare fuerit ꝓblema quęſito ꝟ vtruꝫ triſtitia qdã malũ aut non, nihil minus ꝓbabile confirmãs ſi voluptas quędã bonũ eſt, ⁊ triſtitia quędã eſt malũ. Rurſus qꝛ oppoſitis locis ſm̃ habitũ ⁊ priuationẽ, ſic poſſumus vti ad vlia problemata, ⁊ ad particularia ſolũ mentionẽ fecit, vt in primis libris dixit de vli. Sunt .n. ſenſus ⁊ inſenſatio oppoſita ſm̃ habitũ ⁊ priuationẽ, dicendo aũt in particularibus inquit ſi ſenſus aliquis non eſt vis potẽtiaqꝫ nec aliqua inſenſatio erit impotẽtia, nã ſi volumus oſtẽdere ꝙ aliqua inſenſatio nõ eſt impotentia, oſtẽderemus accipiẽtes ꝙ aliqs ſenſus non eſt potẽtia. Si aũt erat nobis ꝓpoſituꝫ oſtendere ꝓblema vlẽ. ſi oẽm inſenſationẽ eſſe impotentiã, vlẽ etiã oppoſitũ accipientes in habitu ꝙ omnis ſenſus eſt potẽtia, oſtẽdẽs ꝙ etiã omnis inſenſatio eſt impotẽtia, nã ſimilis dignitas eſt in vnoquoqꝫ problematum. Et rurſus ſi volebamus oſtẽdere ꝙ nulla inſenſatio eſt ĩpotẽtia, accipiebamus ꝙ nullus ſenſus eſt potentia. Nam hoc conſequẽs ⁊ exẽplum qḋ adiecit. Si aliquis ſenſus potẽtia non eſt ⁊ inſenſatio quędã non eſt impotẽtia, naꝫ cuius ſenſus habitus ſumereñ nõ exiſtẽs potẽtia, eiuſdẽ nec ꝓuatio eſſet ĩpotẽtia. Apponit aũt exẽpla ẽt oppoſitoꝝ ad aliã oſtẽdens particularia ꝙ eſt trãſferre vlẽ in particulare. Nã quęſito hoc ſi aliqua opinio eſt ſcĩa ab oppoſito ſic aliquis argueret, ſi aliqd opinabile ſcibile, ⁊ opinio ſciẽtia, nã opinio eſt opinabilis. Si aũt eſſet ꝓblema vlẽ ⁊ quęrereñ ſi oĩs opinio eſt ſcĩa, acciperet ⁊ oppoſitũ opinioni opinabile vlẽ ſic. Si oẽ opinabile ſcibile, ⁊ oĩs opinio ſcientia. Nõ amplius aũt mentionẽ fecit de oppoſitis ſꝫ affirmationẽ ⁊ negationẽ, qꝛ nõ eſt ꝯdictio in particularibus, nã eo ꝙ aliqd eſt vel nõ eſt nõ ſit oppoſitio, nam oppõnes ſm̃ ꝯdictionẽ ſunt vliũ oppoſitoꝝ ad ꝑticularia, iõ qui oñdit ꝙ falſa eſt vlis affirmatio in aliquo oſtẽdit ꝙ vera eſt negatio ꝑticularis de eodẽ. Et ſi oſtẽderet

falſam

falſaȝ eſſe negationẽ particularẽ, demõſtrauit verã eſſe vleȝ affirmationẽ. Silr etiã in vli negatione ⁊ particulari affirmatione, non amplius tñ qui oſtendit falſum particulare affirmatiuũ per ſe, ſed ſi quidem oſtẽdit, eo oſtẽdit q̄ eſt ſub ipſo vli. Non enim qui oſtẽdit aliquẽ hoieȝ muſicũ demonſtrauit iam, ⁊ hoc aliquẽ hoiem non eſſe muſicũ. Dicens aũt de oppoſitis ⁊ oſtendens quõ poſſumus ipſis locis etiã in vlibus vti, ⁊ in particularibus, rurſus oſtendit quõ loco a caſibus, ⁊ in problematibus particularibus vti poſſumus. Nam caſus hic iniuſte eſt iniuſtũ, queſito aũt hoc particulare ſi aliquid iniuſtũ bonuȝ a caſibus ſic aliquis arguere põt, ſi aliqd bonũ eoꝝ que ſiunt iniuſte, ⁊ aliqđ iniuſtũ bonũ. Si aũt vle quereretur ſi iniuſtũ bonũ, ſimplr ſi accipiebat caſus, ſi hoc iniuſte, bene eſt, ⁊ iniuſtũ bonũ. Nam ſimile vle eſt in vli. Sic ẽt in particulari accipiendũ eſt particulare. Deinceps aũt a cognatis locũ oſtendit cõgruentes particularibus. Cognata aũt iter ſe ſunt fortitudo fortis, fortiter, forte. Rurſus voluptas voluptate fruẽs, voluptuoſe, voluptuoſuȝ ⁊ oĩa q̃ ſic ſe hñt inter ſe, vt in primis dictũ eſt, ſi queſituȝ fuerit particulare, vtrũ aliqua voluptas fugiẽda vel nõ, a cognato ſic ſit argumentatio ſi voluptatũ aliqua eſt fugibilis, vel nõ, a voluptate ſit argumentũ. Et ſimilr ſi aliqd voluptuoſum eſt vtile, ⁊ quedã voluptas eſt bonum. nam vtile bonũ. Si aũt ſimplr vle querebatur de oĩ voluptate ſi fugibilis, vle accipiebat, ſi oĩa voluptuoſa fugibilia, ⁊ omnis voluptas fugibilis.

**¶ Et in corruptiuis autẽ, ⁊ generationibus ⁊ corruptionibus ſimilr. Nam ſi aliquid corruptiuũ, delectationis, vel diſcipline bonuȝ eſt, erit quedã delectatio, vel diſciplina maloꝝ. Silr aũt ⁊ ſi corruptio quedã diſcipline bonoꝝ, vel generatio maloꝝ, erit quedã diſciplina maloꝝ, vt ſi obliuiſci que quis turpia egit, bonorum eſt, vel reminiſci, maloꝝ, erit ſcire que quis turpia egit, maloꝝ, ſimiliter auteȝ ⁊ in alijs. in omnibus enim ſimiliter ꝓbabile.**

¶ Similr inquit cũ locis ab oppoſitis caſibus ⁊ cognatis ⁊ locos a corruptiuis, generationibus, ⁊ corruptionibus, ⁊ tẽpore cões eſſe ⁊ ad particularia problemata, ⁊ ꝓbabile ſimile hȝ in vlibus problematibus ⁊ in particularibus. Vt enim probabile vle hoc ſi omne voluptatis corruptiuũ bonũ eſt, ⁊ oĩs voluptas malũ ẽ, ſic ꝓbabile ⁊ hoc ſi corruptiuũ alicuius voluptatis bonuȝ eſt illđ quoqȝ erit voluptatẽ malũ eſſe. Nam ponebatur quoꝝ corruptiua bona hec ſunt mala, quoꝝ aũt mala, hec bonoꝝ. E contra autẽ in generationibus vt in corruptiuis, ſic ẽt in corruptionibus. Sunt aũt corruptiua ſcientie ſi contingerit obliuio, corruptio aũt eſt ignorantia, ⁊ corruptiuuȝ ſanitatis eſt impleri, corruptio aũt eſt morbus. Eadeȝ quoqȝ ratio eſt de ſcientia. Vt enim probabile vle ſi ſciẽtie male corruptiuũ bonũ, aliqua ſcientia malũ ſic probabile ⁊ particulare acceptũ. Nam ſi bonuȝ alicuius ſcientie corruptiuũ, aliqua ſciẽtia malũ. Et hec quidẽ exẽpla a locis corruptiuoꝝ. Sed exẽpla vlia a locis corruptionuȝ ⁊ generationũ, erunt talia. Si ſcientie corruptio bonũ, ſciẽtia malũ, ⁊ ſi generatio ſciẽtie maloꝝ ſcientia eſt maluȝ, nã eſt locus a corruptionibus, cuius corruptio bonuȝ idipſum malũ, ⁊ cuius corruptio malũ, ipſum bonũ, vt dixi, locus autẽ a generationibus, cuius generatio malum ⁊ idipſum tale, ⁊ cuius generatio bonũ ⁊ hoc bonũ, igitur vniuerſaliũ locoꝝ exempla talia. Verum ipſe non amplius apponit ꝓueniendo cũ dicat iam dictũ eſſe de his. Sed problemata in parte de quibus nũc ſermonẽ facit, oſtendens ſimilr ⁊ ad hec vtiles exiſtẽtes locos hos. Si corruptio ſcientie bonoꝝ eſt gñatio malorũ. Eſt aliqua ſcia maloꝝ, nã ſimul ambobus locis exiſtẽtibus ex quibus exẽplum. Nam ſi latere turpia facta alicui bonũ, ſcire aũt turpia facta malũ, ⁊ hoc quideȝ a corruptionibus ⁊ corruptiuis exẽplũ, nam corruptiuũ ſciẽtie ⁊ cognitionis eſt latere, naȝ cõis noĩe ſcientie pro cognitione vtitur. Corruptio aũt eſſet latere, ⁊ huius a generationibus ſi reminiſci turpia facta eſt malũ, ⁊ ſcire ipſa malũ, nam reminiſci eſt quedã generatio. Eodẽ aũt modo inquit ⁊ in alijs ſi hẽ, nam ſimile ꝓbabile in vlibus ꝓblematibus ⁊ in ſingularibus. Illud aũt, ſilr autẽ ⁊ in alijs, vel ad exẽpla dictũ eſt. Non enim ſolũ in dictis, ſed etiã in alijs pretractabimus verũ, igit cuius corruptiuũ eligibile, ipſum eſt fugibile, ⁊ cuius generatio maloꝝ, ⁊ idipſum malum non in ſcientia ſoluȝ. Vel in alijs dicit cõſequentibus generationes ⁊ corruptiones, vt efficientiuȝ, partim vſuũ, partim aſſumptionũ. Nam ponebatur cuius effectiuum bonũ, ⁊ idipſum tale, ⁊ cuius vſus, vel aſſumptio eligibilis, ⁊ ipſum eligibile. Iteȝ vt cuius corruptiuũ bonũ idipſum malum, ſic etiã e contra. Cuius corruptiuũ malum vel corruptio ipſum bonũ. Et in his inquit ſimile probabile, q2 in vlibus ⁊ particularibus ꝓblematibus eſt.

**¶ Amplius ex eo, qđ eſt magis, ⁊ minus, ⁊ ſimiliter. Si enim magis quideȝ eoꝝ, que ſunt ex alio genere aliqd tale. Illoꝝ autẽ nihil eſt, nec qđ dictuȝ eſt, erit tale. Ut ſi magis quidẽ diſciplina quedã bonũ q̃ voluptas, nulla autem diſciplina bonũ, nec voluptas bonũ erit. Et ex eo qđ eſt ſimiliter quideȝ, ⁊ minus eodem modo, nam erit ⁊ interimere, ⁊ cõſtruere. Verũtamen ex eo, qđ eſt ſimilr vtraqȝ. ex minus autẽ cõſtruere ſoluȝ: deſtruere autem non. Si enim ſimilr poteſtas quedã bonuȝ: ⁊ diſciplina. Eſt aũt quedã poteſtas bonuȝ, ⁊ diſciplina. Si aũt nulla poteſtas bonũ, nec diſciplina. Si autẽ minus quedam poteſtas bonũ q̃ diſciplina, eſt autẽ quedaȝ poteſtas bonum, ⁊ diſciplina. At vero ſi nulla poteſtas bonum, non neceſſe eſt ⁊ diſciplinam nullaȝ eſſe bonũ. Manifeſtum igitur quoniam conſtruere ſolum ex eo, quod minus eſt.**

¶ Iteȝ loci aſſignati ab ipſo magis ⁊ minus, ⁊ ab ipſis ſimiliter, ille qui eſt ex ipſo magis eſt ſolum deſtructiuus. Nam ſi magis aliquod ens non eſt neqȝ minus ens erit. Locus vero ex minori cõſtructiuus, nam ſi minus aliqđ ens eſt, ⁊ magis ideȝ eſſet. Et a ſimili locus ſic ad ambo vtilis ad ꝯſtructionẽ ⁊ deſtructionẽ, naȝ ſi ſilr alicui ens eſt illud, ⁊ hoc ſilr eidẽ erit. Et ſimilr alicui eidem aliqđ ens non eſt, neqȝ ſimilr eideȝ idẽ eſſet. Inqt aũt ⁊ hos locos, ſilr ⁊ in ꝓblematibus particularibus veriſimile habere, vt etiã in vlibus. Verum non amplius mentioneȝ facit de dĩa ipſoꝝ quaȝ cum aſſignationem ipſorum faciebat, expoſuit. Dicendo vnum circa duo dici, vel duo

circa vnū, vel duo circa duo, nā puenit vno, vt tū vtitur exēplo in quo vnū dr̄ circa duo, nam bonū de ſcia ⁊ voluptate p exēplum dr̄ vnum eſt ſimilibus vti, ⁊ ſi duo de vno dicerētur, nam ſi magis aliqua iniuſtitia conferēs, vel delectabilis exiſtēs non eſt cōferens, neqꝫ delectabilis erit. Itē ſi duo circa duo dicerētur, magis aliqua ꝓdigalitas, liberalitas, quędā tēperantia ⁊ dementia, ſi non primū nec ſcdm, nō amplius in particularibus ꝓblematibus locum haberet primus eorū a magis traditus, cuius exēplum erat. Si magis voluptas, magis bonū, ⁊ voluptas ſimplr bonum. Rurſus ⁊ in his de vlibus non fecit mentionē, vt iō dixit de his. Oſtēdit aūt ſimilitudinē particularū in his, facit aūt demonſtrationē primū in h deſtructiuo a magis. Cū igit̄ ſit vle problema, erit exēplum vle. Si magis ſcientia bonum exiſtēs q̄ voluptas non eſt bonū, nec voluptas bonū erit. Sed de hoc particulari ipſe ſic mentionē fecit. Nam ſi magis aliquid tale eoꝝ ex alio genere, ⁊ illoꝝ nihil eſt, neqꝫ certe dictū erit tale. Quid autē ſit ex alio genere, ipſe per exēpluꝫ ſignificauit dicendo, vt ſi magis ſcia quędam bonuꝫ q̄ voluptas, ⁊ nulla ſcientia bonuꝫ, nec voluptas erit. Nā aliud genus eſt ſcientia, ⁊ aliud voluptas. Si quidē igitur erat ſimplr ſumptum. Si magis ſciētia bonū, q̄ voluptas, vle erat dictū in differentibus generibus, vt ſi etiā dicebat̄ ſi magis h genus tale eſt q̄ hoc vt ſcientia q̄ voluptas, nunc aūt additum eo q aliquid, atqꝫ eo q aliquis particularia efficit ipſa. Cum vo problema fuerit particulare deſtruens ipſuꝫ vle dicit. Nulla vo ſcientia eſt bonū, qꝛ nō eſt aliter deſtruere affirmatiua particularia, ſi ſimpliciter deſtruerētur indefinitę poſita, vel per vle negatiuū, vt ēt ipſe procedēdo dicet. Vnde non ſolū locus eſt ꝓcedens in differētibus generibus, ſed etiā in his q̄ ſub idem ſunt. Nam ſi eoꝝ quę ſunt in eodē genere q maxime tale videt̄ aliquis accipiens, oſtēderet ⁊ non tale ens deſtruet, ⁊ aliud quid eoꝝ ſub ipſo tale erit, vt ſi maxime tale eſt id qđ videtur, non eſt tale, neqꝫ aliud qd eorum in genere tale erit. Nam ſi voluptas quę talis maxime videt̄ optima eſt. Hęc aūt eſt ea animę, non eſt optimū, neqꝫ alia quędā voluptas optimum eſſet. Rurſus ſi q maxime contingentis ſcibile apparet, non eſt ſcibile, neqꝫ aliud quippiaꝫ contingēs ſcibile erit. Sed maxime cōtingentis ſcibile exiſtēs videret̄ eſſe hoc vt in pluribꝰ. Si ergo nō eſt ſcibile, igit̄ neqꝫ quippiā aliud cōtingens ſcibile erit. Sic neqꝫ aliqs ſenſus eſt ſcia, qꝛ neqꝫ maxime, vt aſpectus, ſed neqꝫ aliquis homo impaſſibilis, qa neqꝫ maxime ſi videret̄, iſte aūt eſt ſtudioſus, ⁊ ipſe aūt q eſt, ⁊ in hoc genere deſtructioneꝫ ex ipſo magis fieri paulo procedēdo dicit. Vt autē loco vti poſſumus a magis (inquit) ⁊ in ſingulis ſingularibuſqꝫ problematibus deſtruere. Sic etiā in his a ſimili ⁊ minus poterunt tolli particularia ⁊ ꝯſtrui. Verū hoc intereſt, qđ locus a ſimili, vt prędictū eſt deſtructiuus ⁊ cōſtructiuus eſt, ſꝫ locus a minus ſolū eſt cōſtructiuus, vt etiaꝫ locus ſolum a magis eſt deſtructiuus. Et addit exēpla per quę planiuꝫ oſtēdit, aliū a ſimili ⁊ cōſtructiuū ⁊ deſtructiuū eſſe, vt in vlibus ꝓblematibus ſic etiā in particularibus, ⁊ aliuꝫ a minus ſoluꝫ eſſe cōſtructiuū. Nam qꝛ nō poſſibile ſit vti loco a minus ad deſtructionē demōſtrauit, nā poſito hoc ſi minus quędā potentia bonū, vel ſcientia, ſi aſſignaretur, hoc. Eſt aūt aliqua poteſtas bonū oſtenditur ⁊ conſtruit̄ q ēt ſcientia. Qđ ſi aſſumeret̄ nullam poteſtateꝫ bonū eſſe, non oſtēdit̄ illud neqꝫ ſcientiā. Nō enīꝫ neceſſe eſt ſi minus aliqđ ens nō eſt, neqꝫ magis eſt, vt neceſſe eſt ſi minus aliqđ ens eſt, ⁊ magis aliqđ ens eſſe. Sed exēpliū ēt in his quo vſus eſt, hꝫ vnum circa duo dictuꝫ, nam bonum de poteſtate ⁊ ſcientia dicitur.

¶ Nō ſolū aūt ex alio genere eſt deſtruere, verum ⁊ ex eodē dum ſumit qđ maxime tale eſt, vt ſi poſitū eſt diſciplina quędā bonuꝫ, oſtendit̄ autē q̄m prudentia non bonum, nec alia vlla erit, qꝛ nec, quę maxime videtur.

¶ Quod loco a magis exiſtēte deſtructiuo non ſoluꝫ eſt in differētibus generibus vti, vt iaꝫ dixit, ſed ēt de eodē dicit. Iam pueniimus hoc oſtendentes per plura exēpla. Sed per exēpliū cōius de virtutibus vt ſcientiaꝝ exiſtentiū dixit hoc neqꝫ magis ꝯgruēs exēpluꝫ ſi oſtēderet virtutes non exiſtentes ſciētias, ob id qꝛ maxime videt̄ ipſoꝝ ſcientia eſſe. Hęc aūt eſt prudētia pōt oſtendi q nō eſt ſcia, ſed ab ipſo dictuꝫ erit, perinde ac dixerit ſi fuerit ꝓblema, an quędā ſcia bonuꝫ, qđ eſt ęquale huic, ſi quędā virtus bonum, ſi oſtēderetur q maxime ſcia .i. maxime virtus non eſt bonū, neqꝫ q̄dā alia virtus bonū erit.

¶ Amplius ex ſuppoſitione ſilr̄ probantes, ſi vni, ⁊ oībus ineſſe, vel non ineſſe. Vt ſi hoīs aīa immortalis, ⁊ alias. Si autē hęc non, nec alias. Si igitur ineſſe alicui poſituꝫ eſt, oſtendendū, q̄m alicui non ineſt, nam cōſequet̄ per hypotheſim nulli ineſſe. Si auteꝫ alicui non ineſſe poſitū eſt, oſtendendū, quoniā ineſt alicui. Nā ⁊ ſic cōſequetur oībus ineſſe. Manifeſtum igit̄ eſt, q̄m qui hypotheſi vtitur: facit ꝓblema vle particulariter poſitū. Nam particulariter cōfitentē, vlr̄ probabit cōfiteri, q̄m ſi vni, ⁊ omni ſimiliter probabit ineſſe.

¶ Cum expoſuerit q̄ſi ſint loci vniles ad ſingularia ꝓblemata, ⁊ primū oſtēdens q ēt per quę vlia oſtēdunt̄, per hęc etiā particularia eo qđ ſunt ſub vlibus ſecūdo exponens locos, vt ſimile ꝓbabile habētibus in vlibus ⁊ particularibus dicti. Et oſtendens q ſimiliter ab eiſdem ad ambo eſt arguere nunc dicit locū ex ſuppoſitione, quos etiam ipſos oſtēdit cōuenientes vt vlibus, ſic etiam ſingularibus. Nam vtendum (inquit) loco ex ſuppoſitione eſt in ꝓblematibus particularibus. Quiſ autē eſt locus ex ſuppoſitione, indicauit addendo ſimilr̄ dignuꝫ exiſtimant ſi vni ⁊ oībus ineſſe par eſt. Etenim cōſtructiuus ⁊ deſtructiuus iſte locus ex ſuppoſitione eſt. Nam ſi fuerit quęſitum, an omnis anima immortalis vle problema ⁊ vtemur loco ex ſuppoſitione dignitatē tanq̄ ponentes q ſi vna oſtenderet̄, ⁊ cūcte ſic ſe haberent. Nam oſtēdentes q anima hominis ſic ſe hꝫ. Oſtēdemus etiā per ſuppoſitionē q omnis, ſi vo deſtruxerimus accipientes q vna non eſt imortalis neqꝫ alia erit, igit̄ oſtendentes animā hominis vel aliā quādaꝫ non eſſe imortalē, oſtēdemus vle q nulla. Si aūt fuerit quęſitū anima imortalis, vt anima hominis particulare erit problema. Similiter aūt vtentes loco ex ſuppoſitione ⁊ accipientes hoc q ſi aliqua imortalis, ⁊ oīs aīa imortalis. Nam oſtēdentes aliquā imortalē, ⁊ per hoc, ⁊ oēm imortalē eſſe accipientes, oſtēdemus ēt animā hoīs imortaleꝫ eſſe, cuius erat in problemate oppoſitū. Rurſus q non eſt imortalis oſtendētes, ⁊ q nec vna haberemus, ex quo cōcluderemus q neqꝫ aīa hoīs eſt imortalis d̄ qua quęſtio erat.

Quod

Qđ autẽ ſic oſtendentẽ neceſſe ſit vle oſtẽdere ſi ẽt problema particulare fuerit notũ. Non enim poſſe eſt aliter vti oſtẽſione ex ſuppõne. Naꝫ dignitatẽ ſtabilire opꝫ, qđ ſilr ſi vni, ⁊ oĩbus, ſi ergo ineſſe alicui ponitur, dictuꝫ eſt ꝙ ſi erit affirmatiuũ particulare poſitũ ꝙ volumus deſtruere opꝫ tentare vtentes loco ex ſuppoſitione oſtendẽdo alicui non ineſſe, petentes hoc ꝙ ſi demõſtraretur ꝙ alicui nõ ineſt oſtẽſum fore, ⁊ illud nulli per qđ tolleť ⁊ illud alicui ineſſe ꝙ deſtruere volumus. Si autẽ alicui nõ ineſſe fuerit poſitũ, ecõtra eſt oſtẽdere affirmatiuum particulare ⁊ ꝑ ipſuꝫ accipe ex ſuppoſitiõe hoc ⁊ omni. Manifeſtum autẽ eſt qm̃ qui hypotheſi vtitur facit ꝓblema vle, ęquale eſt hunc per ſuppõnẽ vlr oſtendit per particulare quoqꝫ ꝓpoſitum particulare deſtruenduꝫ ſit, qꝛ erat problema particulare.

**℄ Cum aũt indefinitũ eſt ꝓblema, vno modo deſtruere cõtingit. Ut ſi dixerit voluptatẽ bonũ eſſe, vel non bonũ, ⁊ nihil aliud quicꝗ determinauerit. Nã ſi aliquã voluptatẽ dixerit bonũ eſſe, oſtendendũ vlr, qm̃ nulla, ſi debeat interimi propoſitũ. Similiter ⁊ ſi aliquaꝫ dixerit voluptatẽ non eſſe bonũ, oſtendendum vlr, qm̃ oĩs. Aliter ṽo nõ cõtingit interimere. Si enim oſtẽderimus quoniã eſt quędaꝫ voluptas bonũ, vel non bonũ, nõdũ interimitur propoſitũ. Manifeſtum igitur, quoniam interimere quidem vno modo dicitur.**

℄ Inquit cum igiť indefinitũ ſit problema ⁊ ipſa ſint de ꝓblematibus particularibꝰ. Nã quędã ſimplr ⁊ indefinite dicuntur ⁊ quędã cũ aliqua definitione vel ẽt plurium. Oſtẽdit igiť qũo quidẽ indefinita particularia deſtruere ⁊ cõſtruere poſſe eſt, ⁊ qũo definita, ⁊ boꝛuꝫ qũo aliꝗ minus, ⁊ qũo aliqua magis, ⁊ ꝙ indefinita cõſtrui faciliꝰ eſt ꝗ̃ deſtrui. Merito aũt in dictis de accidẽte ⁊ oſtẽſionibꝰ particulariũ problematum. Vt eniꝫ iam ſępe dictuꝫ eſt in ſolo accidẽte maxime problemata particularia. Sũt autẽ particularia indefinita ꝓblemata ceu aliqua voluptas bonũ, aliud affirmatiuũ, aliud ṽo negatiuũ, vt hoc aliqua voluptas eſt nõ bonũ, nã particulare eſt ⁊ ħ incõtinẽtię voluptas bonũ, ſed ſic definitũ particulare ⁊ non ſimplr dictuꝫ, perinde ac poſſit ẽt ęquale huic voluptas bonũ ꝙ ꝓpter indefinitũ dicť, ⁊ aliqua voluptas, ⁊ rurſus voluptas non eſt bonuꝫ, ſic vtitur eo. Nã ob id ꝙ hi particulares indefiniti, qđ eiſdẽ particularibus indefiniti equiualere poſſunt. Nã pręducẽdo ceu ſi quis dixit voluptatẽ eſſe bonũ, vel non bonũ, eo ꝙ voluptas bonum eſt tanꝗ̃ idẽ accipit hoc aliquã voluptatẽ eſſe bonum, ⁊ idẽ hunc non eſſe bonũ voluptatẽ, hoc aliquã voluptatẽ nõ eſſe bonũ. Nam dicit. Silr aũt ⁊ aliquã voluptateꝫ dixerit nõ eſſe bonũ, ipſe igiť indefinite particulares, ⁊ qa nõ eſt determinatũ vtrũ per vle, vel per ſeipſos ponit, id qđ eſt in parte, definitas aũt dicit particulares cum dicit hanc aliqua voluptas bonũ, ⁊ aliqua non, ⁊ ſpectamuꝫ voluptatẽ ſolã bonũ. Cuꝫ aũt ſint hę dñę in particularibus, primũ quidẽ de indefinita in parte ſermonẽ facit, ⁊ inquit talẽ particularẽ deſtrui quidẽ vno modo, ⁊ ↄſtrui duplr. Nã dicentẽ aliquam voluptatẽ bonũ dũtaxat eſt deſtruere oſtẽdentẽ vle, ꝙ nulla voluptas bonũ. Naꝫ q oſtẽdit aliquam voluptatẽ non eſſe bonũ, non deſtruxit hoc aliquã bonuꝫ eſſe, qꝛ poteſt ⁊ eadẽ vera eſſe oſtenſa illa. Similiter ⁊ dicentẽ quandã voluptateꝫ non eſſe bonũ dũtaxat eſt deſtruere oſtẽdendo ꝙ omnis voluptas bonũ. Nondũ enim qui oſtẽdit aliquã voluptatẽ bonuꝫ ſuſtulit hoc non eſſe aliquã bonũ. Vtrũ cuꝫ ipſe de particulari negatiua dicat, qꝛ per ſolam vlem affirmatiuam deſtruitur, adiecit. Si enim oſtẽderimus quoniã eſt quędã voluptas non bonũ, nondũ interimimꝰ propoſitũ, ⁊ in negatiua particulari hoc dicit. Vnde plura de particulari affirmatiua de qua ꝑueniendo pędixit. Verum nõ amplius apponit ſimile in particulari negatiua oſtẽdẽs ꝙ in affirmatiua particulari non deſtruitur, vt notuꝫ factum, ⁊ hoc per dictum in affirmatiua particulari.

**℄ Cõſtruere auteꝫ, dupliciter. Siue enim vlr oſtenderimus, qm̃ oĩs voluptas bonuꝫ, ſiue, qm̃ eſt quędã voluptas bonũ, oſtenſum erit, qđ propoſitũ eſt. Similiter aũt ⁊ ſi oportcat diſſerere, qm̃ eſt quędã voluptas non bonuꝫ, ſi oſtẽderimus, qm̃ nulla bonuꝫ, vel qm̃ quędam non bonum, oſtẽdentes erimus vtroqꝫ modo, ⁊ vlr, ⁊ particulariter qm̃ eſt quędaꝫ voluptas non bonum. Cum aũt determinata fuerit poſitio: dupliciter iterimere erit. Ut ſi ponať alicui quidẽ ineſſe voluptati bonum eſſe, alicui autem non ineſſe, nam ſiue omnis oſtendatur voluptas bonum, ſiue nulla, interemptum erit propoſitum.**

℄ Inquit cõſtruere dupliciter eſſe vtriũqꝫ ſic particulariũ. Etenim vle oſtẽdentes omnẽ voluptatẽ bonuꝫ, ⁊ particularẽ aliquã voluptatem bonũ conſtruemus. ſ. particulare affirmatiuũ. Similiter ⁊ particulare negatiuuꝫ conſtrueretur, ſi oſtenderetur ꝙ nulla voluptas bonum. Si enim nulla neqꝫ aliqua, ⁊ ſi aliqua non erit bonum, naꝫ ſit vtroqꝫ modo oſtenſum, qꝛ quędã voluptas nõ eſt bonum. Si aũt determinatum fuerit problema ꝙ poſitiones dixit, ⁊ ſi fuerit determinatio talis in problemate. Si quędã voluptas, bonũ, aliqua aũt non. Videť autẽ mihi hoc, aliqua aũt non, adiecit nõ vt prorſus id qđ dꝫ poni in propõne, ſed vt indicatiuũ non huius vt non ſit particularis per ſe vera ſolũ, ſed ob vleꝫ in qua eſt, neqꝫ indefinitę. Etenim ſi fuerint duę ꝓpoſitiones poſitę, non amplius vna ꝓpoſitio duplr deſtrueretur, ſed duę exiſtẽtes ſub duas, altera affirmatiua ſub vli affirmatiua, ⁊ alia negatiua ſub vniuerſali negatiua, porro duplr inquit, cõtingit ſic diffinitam deſtrui particularem. Etenim cum fuerit oſtenſum ꝙ omnis voluptas bona deſtruetur aliquam eſſe ⁊ aliquã non. Et ſi nulla bonum exiſtẽs oſtenderetur. Non eniꝫ poſſibile eſt nulla exiſtente bona voluptate aliquã oſtẽdere bonã eſſe ⁊ aliquam non. Si aũt ſic ſe habet diffinitio particularis.

**℄ Si aũt vnam ſolam voluptatẽ poſuerit bonum eſſe, tripliciter contingit interimere, oſtẽdentes eniꝫ qm̃ oĩs, vel qm̃ nulla, vel quoniã plures ꝗ̃ vna bonum: interimentes erimus, qđ propoſituꝫ eſt. In pluribus ṽo poſitione determinata (vt quoniã prudentia ſola virtutum ſcientia eſt) quadrupliciter eſt interimere. Oſtenſo enim quoniã omnis virtus ſcientia, vel qm̃ nulla, vel qm̃ ⁊ alia quędam, vt in**

**ſtitia, vel qm̃ eadem prudentia non eſt ſcientia, interemptum erit propoſitum.**

Ingt ſi vna ſola voluptas bonũ triplr deſtructio eius erit, nam ⁊ ſi omnis voluptas bonũ exiſtēs oſtēderetur, tolleretur deſtrueretur vna ſola, ⁊ ſi nulla, nam ſi nulla bonũ, non verũ erit, neq vna ſola, ſed ⁊ ſi oſtēderint plures eſſe bonas, ⁊ ſic deſtrueret̃ hoc vnam ſolā bonā eſſe. Si aũt adhuc in pluribus determinatio particularis ꝓblematis fieret, ⁊ hẽet ſic. Si prudentia ſola eligibiliũ eſt ſcientia quatuor modis erit eius ſublatio. Etenim ꝙ oĩs virtus ſcĩa eſt oſtēderet̃, ⁊ ſi ꝙ nulla virtus ſcientia, ⁊ ſi ꝙ plures, vt iuſtitia. Non amplius enim ſola, ⁊ ſi ꝙ prudētia non eſt ſcĩa, profecto aliqua alia exiſtente, naꝫ ⁊ ſi aliquę alię fuerint, hęc aũt non, deſtruit̃ poſitũ. Item ſi poſitũ fuerit has tres ſolas aliquas virtutes ſcĩas eſſe, quinque modis deſtrueret̃ ſm ipſum ſubdeductũ modũ. Etenĩ per hoc oĩs, ⁊ per hoc nulla, ⁊ ꝑ hoc plures, ⁊ ꝑ hoc pauciores, ⁊ ꝑ idē cuius ⁊ hę tres quę fuerunt nominate in ꝓblemate deſtruet̃. De his ēt Theophraſtus in calce libri de affirmatione videtur feciſſe ſermonem.

**Utile aũt ⁊ inſpicere in ſingularibus, in quibus ineſſe aliquid, vel non dictum eſt, quēadmodum in vniuerſalibus problematibus.**

Vt in ſcḋo libro dignitatē ſtatuit de vlibus problematibus, poſito problemate inſpicere ad ſingularia, vel ad ea quę ſub vlĩ. Et ſi quidē inueniretur ineſſe nulli poſitũ vlr ineſſe plura accipere redacta ſub eodeꝫ vlĩ, ꝙ nulli inſit, vel ſi pluribus videret̃ ineſſe, ponere ꝙ cũctis vel ferre inſtantiā de aliquo nō ſic inquit oportere facere ⁊ in particularibus problematibus. Nam hoc dixit ꝑ hęc ineſſe in quibus aliqd vel nō dictũ eſt. Nam ſi fuerit poſitũ ꝙ aliqua voluptas bonũ opꝫ recipere ad voluptates particulares, vt ſi fuerit poſitum vlē ꝙ oĩs voluptas bonũ. Et ſi nō inueniret̃ in tali reſpiciētia, aliqua voluptas exiſtēs bonũ oſtēſum erit ꝓpoſitũ. Si aũt in pluribus nō ſic ſe hẽe inueniret̃ vlē dignitatis loco nullā eſſe bonuꝫ. Sic aũt deſtruemus ⁊ propoſitũ particulare, quare ⁊ hic cōmune problematibus particularibus.

**Amplius in generibus inſpiciendũ, diuidēti ſm ſpecies vſq ad indiuidua, ſicut prius dictũ eſt. Nā ſi omni appareat ineſſe, ſiue nulli multa ꝓferenti, poſtulandũ vlr confiteri, aut ferret inſtantiam in aliquo non ſic.**

Erat etiā hoc in vlibus problematibus dictum in ſecũdo libro, qḋ in quibus problematibus generale aliquid aſſumptũ eſt, opꝫ diuiſionē eiuſdē facere in ſpecies, ⁊ rurſus in ea q̃ ſunt ſub ſpecie ⁊ vſq ad indiuidua ꝯſiderare. Si vniciuiq ipſoꝝ ineſt hoc generi problemati poſitum ineſſe, nam ſi fuerit problema, vtrũ eſt oppoſitoꝝ eadeꝫ ſcĩa, vel nō, qꝛ oppoſita multipliciter, dignitatem ſtatuebāt vt vnũquodq ipſoruꝫ diuiſum acciperemus, deinde ꝓpria ſub vnoquoq ipſoꝝ ⁊ cōſiderare ſi in vnoquoq ipſoꝝ eadē eſt ſcĩa, naꝫ vtile eſt hoc ⁊ ad deſtructionē ⁊ ad conſtructionē, vt in vlibus, ſic inquit faciũdũ etiā in ꝓblematibus ſingularibus, qñ aliqḋ gñale in ipſis fuerit, vt ſi fuerit ꝓblema ſi aliquoꝝ oppoſitoꝝ eidē ſcĩa, diuidendũ ſilr oppoſita ⁊ in vnoquoq reſpiciēdũ eſt ipſuꝫ ⁊ ea quę ſub ipſo. Et ſi quidē in pluribus videretur ſic ſe hẽe, ꝯſtruendũ eſt problema velut vlē inexiſtens oĩbus poſitũ alicui ipſoꝝ non ineſſe, ſi autē in pluribus non ſic ſe hẽe inueniret̃ ab his incipiētes rurſus dignitas ſtatuē da eſt ꝙ nulli, ⁊ ſic deſtruendũ eſt affirmatiuũ ꝓblema particulare. Silr ⁊ ſi aliquis diceret virtutē ſcientiā eē diuidēdo virtutes, primũ quidē ad logicas ⁊ morales, deinde rurſus morales diuiſꝫ, ⁊ rōnales per ſe oſtēdentes, in his quę ſemꝑ prius tractātur, ꝙ non ſcire vlē eſt accipere, ꝙ nulla, ⁊ ſi deſtruere aliquā eſſe ſcientiaꝫ. Sed nō multũ differt hic locus ab illo ante hũc, niſi qꝛ hic generis diuiſionē in ſpecies primũ cenſebat ⁊ dignitatē fieri. Deinde ſic ad ſpecies ordine procedētes ad ſingularia ꝓficiſci. At ille ante hunc ⁊ ſi nō genus fuerat acceptũ, cōe tñ aliquid inſpicere cenſebat ad indiuidua ſub ipſo.

**Amplius in quibus poſſibile eſt, aut ſpecie, aut numero determinare accidens, inſpiciendum, ſi nullum horũ ineſt. Ut qm̃ tēpus non mouetur, nec eſt motus, annumeranti quot ſunt ſpecies motus. Naꝫ ſi nulla eaꝝ ineſt tēpori, manifeſtũ, qm̃ nō mouet̃, nec eſt motus. Silr aũt ⁊ qm̃ aĩa non eſt numerus: diuidenti, qm̃ oĩs numerus aut impar, aut par. Si. n. anima neq impar, neq par, manifeſtum, qm̃ non eſt numerus. Ad accidens igitur per talia, ⁊ hoc modo argumentandum.**

Cuꝫ ſuperius dixerit diuidendũ eſſe ſubiectũ terminũ in problematibus ab accidēte, ſilr in vlibus ⁊ particularibus, ⁊ ſi fuerit gñalis in ſpēs vſq ad indiuidua, nũc dicit de ꝑdicato, ⁊ eo ꝙ dicit̃ accidere, ⁊ idē dixit in vlib'. Etenĩ in particularibus in qbus poſe eſt, opꝫ (inquit) ⁊ hunc diuidere ⁊ diffinire vel ſm ſpēm, vel ſm numerũ, ⁊ videre ſi aliqd eoꝝ ex diuiſione ineſt ſubiecto, nam ſi inexiſtēs aliqd ipſoꝝ ſubiecto inueniret̃, cōſtructuꝫ erit ꝓblema particulare. Si vo nullũ inueniret̃, deſtructuꝫ erit, vt ſi quęreret̃, vtrũ tēpus mouet̃ vel non, qꝛ motus multiplr dicit̃, diuidende ⁊ ſumēde ſunt ſpecies motus, qꝛ igit̃ omnis motus vel ſm locũ eſt, vel ſm quantitatē, vel ſm qualitatē, vnuſquiſq motus ſumēdus eſt ⁊ quęrēdus ſi ſm aliqueꝫ ipſoꝝ poſſibile eſt moueri tēpus. Et ſi videret̃ ꝙ nec ſm locuꝫ moueri pōt, quippe ipſum nō mutet locũ. Nā qũo id qḋ non ſuſtinet poteſt mutare locũ, imo nec ſuſtinēs magnitudinē pōt mutare locũ, nam ſubſtinēs ⁊ deferētis eſt motus ſm quātitatē. Item nec ſm qualitatē, nec ſm aliquā aliaꝫ ſpēm motus deſtrueretur tēpus moueri. Si aũt quęreretur ſi motus eſt tēpus generale fieret problema. Oſtēderet̃ aũt ꝙ non eſt motus, qꝛ nec localis, nec alteratiuus, nec ſm quātitatē, nā ſi aliquis horũ eſſet omne qḋ eſt in tēpore in aliquo motu horũ erat eodeꝫ ⁊ cōtinuo. Similiter ratio etiā in anima, ſi quęreret̃ vtrũ moueatur vel non. Iteꝫ ſi quęreret̃ vtrũ aliqua anima ſit numerus vel nō, qꝛ oĩs numerus vel impar vel par, qḋ ſi anima non impar numerus fuerit, neq par ꝓfecto nec numerus erit. Et eadeꝫ generalior diuiſio ſm ſpēs, ſed ſm indiuidua erit ſi diuidentes rurſus vtrũq horũ in numeros ſub ipſis oſtēderemus, naꝫ ſi par vel duo erit, vel quatuor, vel ſex, vel octo, vel decē, ſi aũt, impar vel tria, vel quinque, vel ſeptē, vel nouem, quoꝝ numeroꝝ eſt dicere animā eſſe indiuiſibilem ⁊ athomũ, neq igitur impar numerus, neq par eſt anima. Quod ſi non horũ aliquis, nec numerus vlr eſt. Videtur tñ ipſe per exempla de vlibus problematibus, ſed non de particularibus adhuc mentionem facere.

Finis tertij libri.

## ℂALEXANDRI APHRODISEI in quartum librum Topicorum commentarium. Gulielmo Dorotheo Veneto interprete.

POſt hęc autē de hís, quę ad genus, ⁊ ꝓprium inſpiciēdum. Sunt autez hęc elementa eoꝝ, quę ſunt ad terminos. De hiſ ipſis autem raro cōſiderationes ſiūt diſputantibus.

CVM aſſignauerit per ſcdm ⁊ tertiū librum tractationis de locis argumentorū eos locos quibus poſſumus ab accidēte problemata aggredi cōſtructiue ⁊ deſtructiue, ſiue ſimplr vtrū inſit, vel non inſit accñs ſubiecto quęreretur, ſiue etiā comparatiue ad aliud, q꞉ etiā cōparatiua ꝓblemata reducit ad ea quę ſunt ab accidente, deinceps de alijs generibus problematū facit ſermonē. Sunt autem quędā a gñe, ⁊ quędā a ꝓprio, ⁊ quędā a diffinitione, nā in his generibus oīa dialectica ꝓblemata, nam ꝑꝑ quid eſt aliqd, vt cur mūdus ſphęricus, vel luna deficit, qd̄ eſt ⁊ problema, non tñ dialecticū, nam ſciētialioꝛ magis eſt qd̄ cauſe. Silr autē neqꝫ quęrere qd eſt hoc, vt qd eſt aīa dialectici eſt, naꝫ quęrere ſi hęc ratio eſt diffinitio aīę eſt ꝓblema dialecticū, ſꝫ quid eſt aīa, vel quę natura aquarū quibus vaticina ſunt, nō eſt dialecticū. Neqꝫ eniꝫ interrogationes tales dialecticę, nam interrogatio dialectica eſt interrogatio ꝯdictionis, ſꝫ hoc quid eſt, vel cur eſt neqꝫ contradictio, neqꝫ vlr oratio negatiua eſt. Aſſignat etiā locos ꝓprios ad ꝯſtructiones ⁊ deſtructiones ꝓblematum in his gñibus. Et primo locos ad generica ꝓblemata, q꞉ poſt accidens cōius alijs eſt genus. Nā accidēs cōiſſimū ⁊ ſimpliciſſimū problematū eſt, nā inerit ſoli huic eſſe. Hęc autē genus ⁊ propriū ⁊ diffinitio ſunt quippe in quali ineꝑiſtentia oīa. Non enim ꝑ ſe ſufficiēs eſt ſolum ineſſe ad hoc vel vt genus, vel vt propriū, vel vt diffinitio ineſt, vt erat ſufficiens de ſe in accidente. Sꝫ opꝫ etiā propriū modum ineꝑiſtētię vniuſcuiuſqꝫ ipſoꝝ in cōſtructione oſtēdere. Nā proprietatē quandā quę ſic ineſſe dicitur ad ſubiecta hīt, ſed genus cōius, nam de pluribus genus. Sed diffinitio ⁊ propriū nō de pluribus ⁊ differētibus ſm ſpēm ſunt, ſed quadā proxima vna natura, quare q꞉ cōia ꝓprijs prima, ⁊ cōius genus illorum, merito primo locos ad problemata a genere aſſignat, ſimul aūt ordinat cum problematibus a genere, ⁊ ꝓblema a differētijs, vt dixit etiā in primo, q꞉ dr̄ia eſt in ſubā rei, cuius eſt dr̄ia, vt genus cōem ſubſtantiā indicat ⁊ in plus ſilr eſt cū genere, reducerētur aūt ad generica problemata etiā ea a ſpeciebus ꝓblemata, ſi aliqua erunt, q꞉ etiā ſpecies de pluribus ⁊ in quid eſt p̄dicant̄, vnde dicit. Poſt hęc aūt de his quę ad genus ⁊ propriū inſpiciendū, poſt locos ſcilꝫ ad accidēs (inquit) oportet de his ad genus ⁊ ad ꝓpriū locis ꝯſiderādū eſt. Et cur de his p̄ᵐ, ⁊ poſterius de his q̄ ad diffōnē adiecit ħ. Sūt aūt elemēta hęc eoꝝ q̄ ſunt ad terminos. Nā loci ꝑ quos ad genus ⁊ ꝓpriū argumētamur, vel cōſtruētes vel deſtruētes, ſunt elemēta ⁊ p̄nᵃ argumētationū ad diffinitiones, nā quia opꝫ diffinitionē nō ſolū genus hr̄e in ſeipſa, ſed ēt ꝓpriā eſſe rei, loci ħo geneꝝ ⁊ ꝓprioꝝ cōſtructiui cōferrent ēt ad cōſtructionē diffinitionū, naꝫ ꝗ oſtēdit ꝙ ſm aſſignatū genus in rōne, ⁊ rō ꝓpria rei erit ēt ꝙ diffinitio eſt aſſignata rō, oſtēſuꝫ. Itē loci generuꝫ ⁊ ꝓprioꝝ ſunt loci deſtructiui ⁊ vtiles ad deſtructionē diffinitionū. Nā ꝗ oſtēdit ꝙ nō gñe vt genus aſſignatū eſt in ōrone, ſuſtulit etiā ipſaꝫ diffōnē. Silr ēt ꝗ oſtēdit ꝙ nō eſt ꝓpriū. Porro q̄tenus hi loci cōferūt ad genus ⁊ ꝓprium ⁊ ad diffinitiua ⁊ ꝓblemata, ⁊ ſunt p̄nᵃ cōſtructiōis definitionū et deſtructionis, q꞉ ēt genus ⁊ ꝓpriū ſunt elemēta diffōnū, nā opꝫ ⁊ hęc hr̄e diffinitionē, merito ⁊ hi elementa dicerent̄ locoꝝ ad diffōnes, ⁊ q꞉ elemēta p̄ᵃ hoꝝ ſunt, quoꝝ ſūt elemēta, ſint ēt loci ad hęc primi ad gñā. Sed ipſoꝝ rurſus p̄mi ꝗ ſunt ad gñā, q꞉ ēt genus ꝓprio (vt dixit) cōius eſt. Dicit aūt rarius fieri a dialecticis ſermonē de ꝓblematibus a gñe ꝓprio, ⁊ diffinitione, nā plurima dialecticorū ꝓblematū de aliquo accidēte qōnē hīt, naꝫ quęrunt̄ talia ꝓblematum dialecticoꝝ in pluribus, vt ſi eligibile eſt vxorē ducere, vel ciuilia tractare, vel bonuꝫ diuitię, vel ſanitas. Problemata autē de gñibus, proprijs ⁊ diffinitionibus habēt opus diligentioris methodi ⁊ ſciētalioris q̄ꝫ ſm dialecticum methodum.

ℂSi ergo ponat̄ genus alicuiꝰ exñtiū, primus qdē inſpiciendus ad oīa, q̄ cognata ſunt ei: qd̄ dī: ſi de aliquo non pręđicat̄, quem ad in accidēte. Ut ſi voluptatis/bonū ponat̄ genus: ſi aliq̄ voluptas nō bonū. Nā ſi hoc manifeſtū eſt, qm̄ nō genus bonū voluptatis genus eniꝫ de oībus, q̄ ſunt ſub ipſo ſpēbus, pręđicatur.

ℂPrimꝰ locoꝝ ad genus aſſignatꝰ talis eſt, q꞉ genꝰ de oībus ſilibꝰ ſpē ſilr p̄dicari, inqt oportere, qñ aſſignaret̄ de aliq̄ vt genꝰ reſpiciēdū eſt ad oīa cognata. i. ad ea q̄ ſunt euſdē nāę ⁊ ea q̄ tradunt̄ ſub idē genꝰ vt faciebamus ēt de accñte. Eteniꝫ in ꝓblematibꝰ ex accñte putabat reſpiciēdū eē ad oīa q̄ ſunt eiuſdē nāę, ſed in illo qdē ꝑ ſe ſufficiēs ad ꝯſtitutionē ꝓblematis, ħ ⁊ ſi vni ex his inuenire poſſint vt accñs ſiqdē vlē ꝓblema fuerit ⁊ deſtruere rurſus ſi nulli inſit. Sꝫ in gñe ſi nō oibꝰ ineſt ſilibꝰ ſpē aſſignatū genus nō pōt ħ ipm̄ eſſe genꝰ ēt ſi aliqbus inſit. Vñ aliqs ſic oſtēderet bonum nō eē genus voluptatis, q꞉ nō oī ineſt, nō .n. voluptates incōtinētiū bonū. Sic ēt Plato argumētatꝰ eſt in Philębo, accipiēdo incōtinētē voluptate frui, ſꝫ ēt tēperās voluptate fruit̄. Rurſus fruit̄ voluptate ēt demēs ⁊ refertur opioībꝰ ſtultis ac ſpe vana qbus infert̄ ꝙ ſtultꝰ videret̄ merito. Vñ diſſilitudines has ſic eis exñtes in vnū genꝰ bonū ſi qs colligeret, ſic oſtēderet ēt virtutis nō eē genꝰ ſciā, nā ſciā neceſſarioꝝ, ſempiternoꝝ ⁊ nō ꝯtingētiū alr eē. Sed virtutū aliā ſapiētiā, aliaꝫ ħo prudētiā q̄ dicunt̄ morales virtutes circa ꝯtingētia, ⁊ alr ſe hr̄e ꝯſtitui dicimus. Eſt aūt locus ad ꝯſtructionē vtilis, nā ſic ſi cūctis ſilibꝰ ſpēi ineſt, neceſſe eſt ideꝫ genus eſſe. Preterea oportet vt in qd eſt pręđicatum ipſum.

ℂDeinde ſi non in quid eſt, pręđicatur: ſed vt accidens. Quēadmodum album de niue, vel de anima a ſeipſo motū. Neqꝫ eniꝫ nix quod quidē eſt albū. Quapropter non eſt genus albū niuis. Neqꝫ anima qd̄ quidē motuꝫ, nam accidit ei moueri: quēadmodū ⁊ aīali freqūē

ter ⁊ ambulare, ⁊ ambulans eſſe. Amplius motum non quid eſt (ſed quid faciens vel patiens) ſignificare videtur. Similiter aūt ⁊ albū. Nō enim qd eſt nix, ſed quale quid eſt, indicat, quare neutrū horū in quid eſt ꝑdicatur.

Quia ex gñe diuiſo ſm̃ dñ̃as ſit gñatio ſpẽrũ eius pꝫ, q̃a oĩs ſpẽs alicuius gñis hꝫ ẽt dñ̃aꝫ quãdã vel q̃ſdam q̃ prędicant̃ de ipſo gñe, nã ob id ꝛ diffõ ſpẽrũ ex gñe ꝛ differẽtijs cõſtat, vt hoĩs aĩal genus ꝑ h ꝛ rõnale, ꝛ mortale aĩalis cũ ſint differentię p̃dicãtur de ipſo, nã q̃cũq̃ p̃dicari differentię vt dixit in p̃dicamentis, totidẽ ꝛ ſubiecti erunt, nam generis differentię ſunt in cunctis ſubiectis eius, ꝛ alię in alijs, videlicet ſm̃ quas vnumquodq̃ ſpecificatur eorum quę ſub ipſo. Quando igitur aliq̃ genus aſſignaretur de aliquo, quęrendum eſt quę aſſignati generis differentiarum diuiſiuarum prędicantur de poſito vt ſpecie, nam ſi nulla generis differentia p̃dicatur de ipſo, neq̃ genus de ipſo aſſignatum erit. Sic rurſus oſtendetur numerum non eſſe genus animę, nã nulla differentia numeri prędicatur de anima, nam differentię numeri ſunt par ꝛ impar, ꝛ neutram harũ de anima aliquis probabiliter oſtenderet, quia neq̃ mundus ſit animal oſtenderetur, vel aliquod aſtrorum, quia nulla differentia animalis prędicatur de ipſo, nã omne animal, vel volatile, vel aquatile, vel terrenum, quorũ nullum de illis prędicatur, vel alia differentia in generatione animalis ꝛ ſenſitiua. Nam ęquiuoce diuina ſunt animalia cum his, nam illorum alia eſt vita. Oſtenſio igitur eſt q̃ non eſt in his animalibus. Item oſtenderetur q̃ tempus non eſt motus, quia differentię motus ſunt celeritas ꝛ tarditas, ſed neutra harum de tempore prędicatur. Item oſtenderetur q̃ motus non dicitur de voluptate, quare neq̃ voluptas motus, ſimilr̃ neq̃ vnitas quantitas, quia neq̃ continua, neq̃ diſcreta eſt. Eſſet quoq̃ locus conſtructiuus, nam ſi aliquę videantur aſſignati generis differẽtię p̃dicari de ſubiecto, oſtẽderetur ſpecies eſſe de ipſo. Verum intelligere nõ oportet differentiam prędicari de ſpecie in quid eſt dicente de ipſo, nam demonſtrauit q̃ neq̃ differentia in quid eſt prędicatur de aliquibus ſub genere, quando per ſe acciperetur, neq̃ aliquid eorum ſub genere, vel genus eiuſdem differentię.

**¶ Amplius ſi prius natura ſpēs, ⁊ ſimul interimit genus. Videtur enim contrarium.**

¶ Manifeſtꝰ eſt hic locus, nam notum eſt ꝙ genera ſunt priora natura ſpēbus, naꝫ ſimul ſecū ſublata tollūt ipſas, ſed ab ipſis ſublatis ſimul nō deſtruunt̄, ſi ergo ſpēs ſuppoſita vna ſecum tollit vt genus aſſignatuꝫ eius, nō erit eius ſpēs, ſic neq̧ mixtionis tēperamētū eſt genus, neq̧ mutationis ſm locum latio, neq̧ cōtiguitatis ꝯtinuatio, neq̧ plagę percuſſioniſq̧ ſtrepitus, nam deſtructa mutatione ſm locum, deſtruitur etiā latio, ſed cuꝫ latione ſimul non tollitur mutatio ſm locuꝫ, naꝫ ambulatio ſm locum exiſtēs mutatio non eſt latio, vt dixit. Sed hic locus virtute eſt idē cum hoc, ſi genus aliqs in ſpēm poſuerit. Differt autē in modo deſtructionis. Eſt autē ſolū locus deſtructiuus, ſed minime cōſtructiuus, non enim ſi aliqd aliquo eſt prius natura, iā ⁊ genus eius erit, porro ſubſtātia prior cuꝫ ſit alijs generibus natura, nō tñ eſt genus ipſoꝝ. Iteꝫ vnitas eſt prior omni numero natura, tñ non eſt genus eius. Item anima altrix eſt prior cęteris, ⁊ tamen non eſt genus.

**¶ Inſuper ſi ꝯtingit relinquere dictuꝫ genus, vel differētiam (vt aīam moueri, vel opinionem verum ⁊ falſum) neutrum erit dictoruꝫ genus, vel differentia. Videtur enim genus, ⁊ differentia ſequi q̄diu fuerit ſpecies.**

¶ Quia genus ⁊ differētia ꝓpria vniuſcuiuſq̧ in ſubſtantia eius ſunt, nam ob id etiaꝫ diffinitio ex his, ſed q̄ ſunt in ſubſtantia alicuius ſunt inſeparabilia, proinde inqt, ſi genus aliquod de aliquo vel differentia aſſignaret̄, cōtingit quęrere ipſa ſeparari ⁊ ſine his eſſe hoc de quo aſſignaretur genus vel differētia, ſic ſi moueri ab aīa ſeparabile ſit, non erit genus eius neq̧ differentia, quatenus putant dicētes ipſaꝫ ſubām eſſe ſeipſaꝫ mobilē, nam contingit ipſam ⁊ ſine moueri eſſe, qa per accñs mouet̄, nā corpore mutato in quo eſt ipſa mouet̄, quādoqdē ſi corpus qeſceret nec ipſa moueretur. Rurſus ſi eſt aliq̄ opinio, nec vera, nec falſa, nō eēnt dr̄ię opinionis veruꝫ vel falſum. Videt̄ autē futuroꝝ talis opinio eſſe, eo ꝙ neq̧ alterū ipſoꝝ differētię ſe hꝫ, ſed neq̧ corporis differentia eſt graue, vel leue, qa cōtingit corpus eſſe ⁊ neutrum hoꝝ habere, vel poſteriora exempla relinquenda non ſunt, ſed ipſius prędicari non in omnibus.

**¶ Inſpiciendū aūt ⁊ ſi qd̄ in genere poſitum eſt, participat aliqd̄ ꝯ̄rium generi, aut ꝯtingit participare. Idē eniꝫ ſimul ꝯ̄ria participabit, qm̄ ipm genus qdē nunq̄ relinqt, participat autem ⁊ ꝯ̄rium, aut contingit participare.**

¶ Quia impoſſe eſt aliqd ſimul rōnes cōtrarij ſuſcipere, eſt autē genus inſeparabile ab illo cuius eſt genus. Porro inqt oportere, quando aſſignaretur aliquid vt genus de aliquo conſiderare, ſi ſubām vt ſpecies, ⁊ cōtrarij aſſignato generi eſt ſuſceptiuuꝫ. Nam ſi hoc, non eſſet genus ipſius, nam ſimul cōtraria ſuſciperet, quare ſi cōtrarium poſito ipſius generi ſuſcipit aliquādo, ⁊ genus ipſius ſuſciperet, quia inſeparabile eſt genus a ſpē, ſic oſtēdetur neceſſariū non eſſe in gn̄e poſſibilis, qa neceſſariū capax eſt etiaꝫ impoſſibilis ꝙ cōtrariuꝫ eſt poſſibili, nā neceſſarium non eſſe eſt impoſſibile eē. Iteꝫ ꝙ nec generatio eſt in congregatione, qa fit aliquis etiaꝫ ex diuiſione, qñqdem fit mutatio craſſiorum corporum in tenuiora. Item ꝙ nec amor in amicitia, quia etiam aliquando amantes odio habent aliquas.

**¶ Inſup ſi qppiaꝫ cōicat ſpēs qd̄ impoſſe eſt oīno ineſſe his, quę ſunt ſub gn̄e, vt ſi aīa vitę cōmunicat, numeroꝝ autē nullū poſſibile eſt viuere, non erit ſpecies numeri anima.**

¶ Si quo participat (inquit) ſpēs impoſſe eſt ineſſe ſ̄ hoꝝ ſub aſſignato genere, nec genus eēt eius, nā oīuꝫ genus contētiuum eorum quę ſunt in ſpēbꝰ, ſic etiaꝫ nūerus nō eēt genus aīe, qñquidē aīa cōicet vita, ſed nullus numerus eſt vitę capax. Item ꝙ neq̧ virtutis ſcientia eſt genus ſiquidem virtus participet actione. Nam virtutes practicę, ſciētia autē nulla participat actione. Itē nec temperantia virtus, qa tēperantia participat prauis deſiderijs, ſed nulla virtus his participat, ſed non eſt exiſtimandum ꝙ ſit calūnia loci ſi acceperimus propriuꝫ alicuius eorū quę ſub genere oſtendendo hoc ꝙ nulli alij eorum ſub genere ineſt, nam riſibile nulli alteri eorum ſub animali ineſt, ſed non ob id homo non eſt ſub animali, nam locus cenſet vniuerſalr̄ inſpiciendum eſſe ſi non natura habet eoruꝫ aliquid in aſſignato genere ꝙ cōmunicet tali, qd̄ non eſt poſſibile eſſe in his ſub genere eo ꝙ omne tale eſt alienum a genere, nam illud [his quę ſunt ſub genere] dicit, perinde ac dicat omni generi ⁊ omnibus his ſub genere.

**¶ Conſiderandum autē ⁊ ſi ęquiuoca ſit [illegible] cies generi, elementis vte[illegible] ad ęquiuocū. Vniuocē[illegible]**

¶ Quid vo genera vniuoce [illegible] ſpēbus p̄dicantur, ⁊ ſuſcipiant ſpēs rationeꝫ generū, ſi ergo aſſignatuꝫ de aliquo vt genus ęquiuocum erit, ⁊ non haberet aliquam rationem quę p̄dicabitur de poſito vt in ipſa ſpecie, ſed ſoluꝫ ipſo nomine cōmunicaret, nō genus erit aſſignatū. Vtemur autē elementis ad cognitioneꝫ huius ſi ęquiuoca ſit ipſa, vn̄ inqt [quę dicta ſunt ad ęquiuocum] qbus vel aſſerit dicta in diffinitione ęquiuoci, vel magis aſſignatos locos in primo ad inuētioneꝫ ⁊ cognitionē ęquiuocoꝝ. Naꝫ qui dicit albę vocis albū eſſe genus, aliquis reprehēderet ipm oſtendendo album ęquiuoce dictū, ⁊ non hr̄e vnā rōnem. Naꝫ aliud eſt album in colore ab eo quod eſt in voce. Itē ſumetur ⁊ inueniet ipm ęquiuocū a contrario, quia etiā contrariū eidē nigruꝫ eſt ęquiuocū. Item oſtendēdo ꝙ inter albuꝫ ⁊ nigrū in coloribus nō ſunt media aliqua, ſed eoꝝ q̄ ſunt in voce. Silr̄ aūt ſi oſtēderet ⁊ ab alijs locis quos aſſignauit ad inuētionē ęquiuocorū, ſi ęquiuoca ſpecies eſt aſſignato vt genere, quod ęq̄le eſt huic, conſiderandū autē ſi ęquiuoce de ipſis p̄dicatur ⁊ non vniuoce. Nā ſi dixit ęquiuocam ſpēm generi ꝑ hoc ſi ęquiuoce de ipſo p̄dicat̄, patet ex qbꝰ intulit, dicens, nā vniuocū genus ⁊ ſpēs, ſic oſtenderet̄ ꝙ coloris appellati in melodia color non eſt genus. Nam ęquiuocum eidē, qm̄ igit̄ nō diceret aliqs nigrum colorē eē nigri qm̄ ſcierimus, genus eē, vel ſm aliud ipſius genus non ſm ęquiuocum, non enim vniuocum ſed vniuoce genus p̄dicatur.

**¶ Qm̄ autē omnis generis plures ſpēs ſunt, conſiderādum ſi non cōtingit alterā ſpēm eē dicti generis. Nam ſi non eſt, manifeſtū, qm̄ non erit genus omnino, quod dictum eſt.**

¶ Ponitur nobis genus eſſe id quod prędicatur de pluribus ⁊ differentibus ſpecie in quid eſt prędicatum, ne-

ceſſe

ceſſe igitur ſi aliquid genus eſt vt ipſum plures ſpecies habeat. Proinde ſi aſſignari velut generis non contingit aliqua alia ſpecies eſſe, patet quod aſſignatum eſt non eſſe genus, ſic oſtendetur lineę non eſſe genus longitudinem, vt hi qui dicunt ipſam eſſe longitudinem ſine latitudine, nam neq; eſt alia longitudo pręter lineam, nam ſuperficies longitudinem habet, ⁊ non eſt longitudo, ſed ex longitudine ⁊ latitudine.

**¶ Conſiderandum etiam eſt, ſi quod tranſlatiue dictum eſt, vt genus aſſignauit, vt temperantiam conſonantiam. Nam omne genus proprie de ſpeciebus pędicatur. Conſonantia ꝟo de temperantia non proprie, ſed tranſlatiue. Omnis enim conſonantia in ſonis.**

¶ Inquit conſiderandum eſſe ſi aſſignatum de aliquo vt genus eſt dictorum metaphorice de ipſo, nam ſi eſſet ſic dictum ab ipſo, non eſſet genus, nam quia genus in quid eſt pędicatur, ſed ſm tranſlationem dictum non poſſibile quid eſt de ipſo de quo pędicatur ſignificare, non eſſet genus aliquod ſm tranſlationem dictum, nam neq; de ſuppedaneo pedes in quid eſt, ideo oſtenderetur ꝙ neq; temperantię genus eſt conſonantia, nam tranſlatiue abuſiueq; conſonantia de temperantia dicitur, nam proprie conſonantia eſt in ſonis. Item nec ruſticitatis ruditas durities q; vt quidam diffinientes ipſam dicunt eſſe ruditatem ⁊ duritiem moris, nam durities proprie eſt in corporibus. Nam corporis eſt affectio. Peccant autem dicentes temperantiam eſſe conſonantiam, ⁊ quia non ex ipſius diuiſione, ⁊ pędicatione accipiunt ſpeciem ⁊ genus, nam temperantia eſt qualitas, nam habitus, ſed conſonantia eſt ad aliquid, nam quorundam eſt.

**¶ Inſuper ſi ſit contrarium alicui ſpecies, conſiderandum. Eſt autem multipliciter conſideratio, primum quidem ſi in eodem genere ⁊ contrarium, cum non ſit contrarium generi, Oportet enim contraria in eodem genere eſſe, ſi nihil contrarium generi ſit. Cum autem eſt contrarium generi, conſiderandum ſi contrarium in contrario eſt, neceſſe eſt enim contrarium in contrario eſſe, ſi ſit contrarium quidem generi. Manifeſtum autem eſt vnumquodq; eorum per inductionem.**

¶ Inquit conſiderandum eſſe ſi poſitum vt ſpecies contrarium eſt alicui, nam ſi fuerit alicui contrarium poſitum, vt ſpecies alicuius eſt accipere plures occaſiones locorum. Nam vnus locus a contrarijs deſtructiuus, ſi non fuerit contrarium in genere poſitorum, ⁊ ipſum ſub eodem genere cum non ſit aliquod contrarium vt in genere poſito, nam neceſſe eſt ſi alterum contrariorum ſub aliquo genere fuerit, cui nihil eſt contrarium, ⁊ alterum contrariorum ſub eodem genere erit, nam contraria vel in eodem genere, vel in contrarijs generibus, vel quando ipſa genera ſunt. Genus igitur non erit poſitum in genere, ſed neq; in contrario genere niſi generis fuerit aſſignato generi contrarium. Relinquitur igitur ⁊ contrarium poſito vt ſpeciei in ipſo genere eſſe, ſi ergo illud non fuerit, neq; hoc erit, nam in quo album in hoc etiam nigrum, nam in colore ambo quia colori nil eſt contrarium. Similiter quia impar eſt in numero contrarium, ⁊ par in numero. Per hunc oſtenderet aliquis non eſſe amicitiam ſub genere hoc, ſcilicet ſimilitudine morum, quia inimicitia cum ſit contrarium ipſi, neq; ſub ſimilitudine morum eſt, neq; ſub contrario ſimilitudinis morum, ſecundus locus eſſet ꝙ ſi fuerit aliquid contrarium generi, ⁊ generi accepto contrarium conſiderandum eſt ſi contrarium accepto vt ſpeciei ſub contrario ipſius accepti vt generis ſit, nam oportet contraria ſub eodem genere eſſe, ſi nihil fuerit contrarium generi, ſub contrarijs ſunt, ſi fuerit etiam generi aliquid contrarium. Non enim amplius poſſibile eſt generum habentium contrarietatem contraria inter ſe ſub eodem genere eſſe, ſic iuſtitia in virtute eſt vt in genere, quia etiam iniuſtitia cum ſit contraria ipſi in malitia eſt quę eſt contraria virtuti. Sic oſtendes ꝙ iniuſtitia non eſt boni conſilium, vt putauit Thraſimachus, quia contrarium iniuſtitię, id eſt iuſtitia, neq; ſub bono conſilio, neq; ſub contrario boni conſilij ꝙ eſt malum conſilium eſt. Item ꝙ intemperantia non eſt malitia. Oſtenderet autem ꝙ contrarium ipſi eſt temperantia, neq; ſub malitia eſt, neq; ſub contrario malitię, quod eſt virtus, non enim virtus temperantia ob iniquum ſtultum deſiderium, ſed neq; virtus ſcientia, quia neq; malitia ignorantia.

**¶ Rurſum ſi omnino in nullo genere, quod ſpeciei eſt contrarium, ſed ipſum genus, vt bonum. Nam ſi hoc non in genere, nec contrarium huius in genere erit, ſed ipſum genus. quemadmodum in bono ⁊ malo accidit. Neutrum enim horum in genere, ſed vtrumq; eorum genus.**

¶ Alium locum aſſignat a conſideratione ſi aſſignatę ſpeciei eſt aliquid contrarium, nam ſi aſſignatę ſpeciei contrarium ſi nulli generi eſt, neq; ipſum aſſignatum, ⁊ ſpecies alicuius generis erit in genere poſito, nam quorum contrarium alterum ſub nullo eſt genere, neceſſe etiam eſt vt alterum horum ſit ſub nullo genere, quia contraria vel in eodem genere ſunt, vel in contrarijs generibus, vel ipſa genera ſunt, vt in pędicamentis dictum eſt. Quia igitur bonum non eſt in aliquo genere, ſed eſt ipſum genus, neq; malum in aliquo genere erit. Mos autem eius eſt malum ⁊ bonum genera dicere licet ęquiuoce dicta, vt demonſtrauit in moralibus. Erunt autem exempla contrariorum, vt generum ipſum facere, ⁊ ipſum pati, nam cum ſint hęc contraria, ſiquidem neq; ſub idem ſint genere, neq; ſub contrarijs generibus, neq; enim vniuerſale ſub aliquo genere ipſorum, ſed hęc genera ſunt in primis decem, hinc incipientes conuertendo oſtendere poſſumus ꝙ priuatio non eſt formę contraria, nam ſi forma in ſubſtantia, ⁊ priuatio in nullo genere, nam ꝙ eſt ſimpliciter non ens non poteſt eſſe in aliquo genere, neq; contrarium erit formę, quia in ſubſtantia non eſt contrarium quicq; ſub qua eſt forma.

**¶ Deinde ſi contrarium alicui ⁊ genus, ⁊ ſpecies eſt. Et horum quidem eſt aliquod medium, illorum autem, non. Si enim generum eſt aliquod medium, ⁊ ſpecierum, ⁊ ſi ſpecierum, ⁊ generum. vt in virtute, ⁊ vitio, ⁊ iuſtitia ⁊ iniuſtitia. Vtrorumq; enim eſt aliquod medium. Inſtantia huius, quoniam ſanitatis**

**⁊ ęgritudinis nihil eſt medium. Malis vo ⁊ boni aliquid medium.**

¶ Inquit rurſus quęrendum eſſe ſi ſpecies ſimiliter ⁊ genera inter ſe ſint contraria. illud autem ſimiliter eſt ſi ambo ſint immediatorū contrariorum, vel ambo mediatorum, nam ſi borū eſt aliqd mediū, ⁊ illoꝝ nullū, non videbunt̃ aſſignate ſpẽs eſſe ſub aſſignatis generibus eſſe, naꝫ videtur probabile eſſe illud ſimiliter ſe habere in ambobus, ⁊ ſi habent iuſtitia, iniuſtitia virtus ⁊ malitia, nam vtraqꝫ contrarietas eſt immediata, nam ſi gñuꝫ erit aliquid mediū, ⁊ minime earū ſpẽrū quę ſub ipſis, mediū ꝑdicabit̃ de quibuſdã gñibus. Naꝫ opꝫ ipſa ſi ſunt de aliqb⁹ ꝑdicari, quippe nõ ſit aliqð indiuiduū, ſꝫ de nulla ſpẽrū ꝯtrariaꝝ ꝑdicabitur, nã ꝯtria genera de illis, ſi autẽ erit aliqð mediū ſpẽrum, ⁊ nõ amplius generꝫ mediū ꝯtrioꝝ erit ſub aliquo gñe. Nõ enĩ aliqð ꝯtrioꝝ generū, nam ꝯtrię ſpẽs ſunt ſub eiſdẽ, cęterū inſtãtiã cõtra locū vt veriſiľe ſolū adducit, ſed minime verã in q̃ ſubiſert ꝙ inter ſanitatẽ ⁊ morbū, nullū eſt mediū, cū autem bonū ⁊ malū ſint cõtraria gña ſub quibus ſanitas ⁊ morbus ſunt aliqua intermedia boni ⁊ mali. Nã nec maluꝫ, nec bonū ſunt media ipſoꝝ. Verū hic intelligẽdū eſt bonum ⁊ malū de ipſis corporalib⁹, ſꝫ nõ de ipſis ęquoce dictis. Etenĩ boꝝ ſunt aliqua imediata, etenꝫ bona habitudo ⁊ mala cū ſint corporalia bona ⁊ mala mediata ſunt, naꝫ mediū ipſoꝝ eſt ſanū eſſe. Item turpitudo, pulchritudo, robur ⁊ imbecillitas, vel hʼ nõ gña ꝯpoſitoꝝ, neqꝫ ſꝫ negationẽ extremoꝝ ſꝫ media ſint vt boni ⁊ mali.

**¶ Inſup ſi eſt qdẽ aliqd vtriſqꝫ mediū ⁊ ſpẽbus, ⁊ gñibus, nõ ſiľr autẽ, ſꝫ boꝝ qdẽ ſm negationẽ, illoꝝ vo, vt ſubiectū. ꝓbabile enĩ ſiľr ⁊ in vtriſqꝫ, vt in virtute ⁊ vitio, iuſtitia ⁊ iniuſtitia. Vtriſqꝫ enĩ ſm negationẽ mediū.**

¶ Ingt q̃rendū eſſe hoc etiã aliquo mõ ſi amboꝝ generū ꝯtrioꝝ, ⁊ ꝯtriarū ſpẽrū ſit aliqð mediū ⁊ ſi ſimiľr, naꝫ ſi fuerit nõ ſimiľr, ſed extremoꝝ ſm negationẽ ⁊ ſignatorum ſm affirmationẽ, nõ erũt diuerſa vt in diuerſis generibus, nã videt̃ ꝓbabile eſſe hʼ vt ſiľr ſe habeãt media in vtriſqꝫ, vt ſi hꝫ in virtute ⁊ malitia, ⁊ iuſtitia, ⁊ iniuſtitia. Naꝫ ambe ꝯtrietates negationū extremorum habẽt media ſignata. Itẽ hoc hʼet inſtãtiã, mediū eniꝫ inter famã ⁊ ignominiã oſtẽdit̃ affirmatione, nã tale medium ꝑdictuꝫ eſt, medius volo eſſe in ciuitate. Itẽ medio modo aſpicere eſt mediū inter obtuſe videre ⁊ acute, ⁊ affirmatione oſtẽditur, ſimiľr ẽt mediocriter audire eſt mediū inter acutum auditum ⁊ obtuſuꝫ, ſed boni ⁊ mali in quibus hęc vt genera ſm negationem ſunt.

**¶ Preterea qñ nõ eſt ꝯtriū generi, ꝯſiderãdū nõ ſolũ ſi ꝯtriũ in codẽ gñe, ſed ⁊ medium. In quo enĩ extrema ⁊ mediū, vt in albo ⁊ nigro. Eſt eniꝫ color genus ⁊ boꝝ, ⁊ medioꝝ colorū oĩum. Inſtãtia, qm̃ defect⁹ qdẽ ⁊ ſupabũdãtia in codẽ gñe (in malo enĩ ambo) mediocre aũt (cũ ſit mediũ boꝝ) nõ ĩ malo. ſꝫ in bono ẽ.**

¶ Dixit ꝙ ſi fuerit ſpeciei aliquod contrarium, ⁊ generi non ꝙ oportet etiam contrarium poſite ſpeciei in ipſo eſſe genere, nunc autem addit hinc ꝙ non ſoluꝫ contraria oportet eſſe ſub eodem genere, ſi nihil generi fuerit contrarium, ſed etiam medium ipſorum ſi fuerit aliquid ipſorum medium, nam in quo genere extrema.i. contraria ſunt in eodem etiam medium ipſorum eſt, ſiquidem medium eſt inter contraria, ſic ſub quod genus album ⁊ nigrum, ſub ideꝫ ⁊ colores medij, nam omniū color eſt genus. Similiter ſapor cum ſit genus cõtrariorum, ceu dulcis ⁊ amari, ⁊ omnium ipſorum inter mediorum eſt genus, ſic oſtenderetur circũferentiale non eſſe genus gibboſi, nam ſi gibboſum ⁊ cauum cum contraria ſub ipſo circunferentiali, ⁊ intermedium gibboſi ⁊ concaui ꝙ eſt vel rectum vel rectitudo non amplius ſub circunferentiali eſt, igitur circunferentiale non erit genus ipſorum. Cęterum infert inſtãtiam etiam ad hũc locum, nam in moralibus virtutibus, excellentia quidẽ ⁊ indigentia ſit contraria inter ſe ſunt ſub malitia, ſed virtutes exiſtes medie ipſoꝝ ſub alio genere ſunt, nam ſub virtute, vel quia accidit his non ſolum vt medie ſint, ſed etiam vt ſint contrarię vtroruſqꝫ extremorum, proinde magni ⁊ parui cum ſint in excellentia abũdantiaue ⁊ in indigentia medium eſt ęquale ſub eodem genere, ſed ſi ſm colorem, vel ſaporem, vel quippiã aliud talium aſſumeretur excedens abundanſqꝫ ⁊ indigens, etiam intermedium ipſorum eſt ſub eodem genere. Itẽ proprie medium cum ſit ſm mixtionem extremorũ tale ꝯſiſtens ⁊ neceſſario ſub idem genus erit cũ extremis, ſed virtus non ſic malorũ media, quippe ęquiuoce medium dicitur, nam dicitur centruꝫ eſſe in circuli mediũ. Item in terminis medius ille dicitur qui partiꝫ eſt ſubiectum partimqꝫ pręedicatum, vel totus his acceptus in cõplicationibus propoſitionũ. Item ſi ſuppoſituꝫ fuerit qđ nihil fuerit generi contrarium, ſed malitię cuꝫ ſit genus abundantię ⁊ inopię contraria eſt virtus.

Vide Alexã drum primo priorum, et Io. Grãmati cum quo me dius termi nus proprie dicitur ille q eſt in ſyl logiſmis pri mæ figuræ.

**¶ Cõſiderãdũ ẽt, ſi genus qdẽ ꝯtrium ẽ alicui, ſpẽs aũt nulli. Nã ſi gen⁹ ẽ ꝯtriũ alicui, ⁊ ſpẽs, quẽadmodũ virtus ⁊ vitiũ, ⁊ iuſtitia ⁊ iniuſtitia. Siľr aũt ⁊ in alijs ꝯſiderãti manifeſtũ videt̃ eẽ hmõi. Inſtãtia in ſanitate ⁊ ęgritudine eſt, ſimpľr enĩ ſanitas ęgritudini ꝯtria ẽ, aliqua autem ęgritudo exiſtens ſpecies ęgritudinis nulli contrarium eſt, vt febris ⁊ obthalmia, ⁊ vnaqueqꝫ aliarum.**

¶ Etiam hic locus eſt in contrarijs, ſtatuit autem per ipſum conſiderandum eſſe ſi quippiam eſt poſito vt generi ꝯtriũ, ⁊ ſpẽi non, ꝙ ſi hʼ certe non eẽt genus aſſignatũ cũ nulla ſpecies eius habeat cõtrariũ, nam ꝯtria genera ſunt inuiceꝫ contraria, vt virtus ⁊ malitia contraria, ⁊ iuſtitia ⁊ iniuſtitia, ⁊ ſi genus contrarium alicui, ⁊ ſpecies erit contraria alicui, non tamen econtra eo ꝙ contraria poſſunt eſſe ſub eodem genere, ſic quia harmonię inconſonantia contrarium eſt, ⁊ animę nullũ contrarium, anima non erit conſonantia, vt Plato probauit in Phędone. Sic aliquis oſtenderet non eſſe genus elemẽti principium, ſiquidem principio finis ſit contrarius, ⁊ elemento nullum eſt contrarium, ſed neqꝫ loci vacuum eſt genus, ſiquidem vacuo contrarium ſit plenum ⁊ loco nil contrarium. Item nec temporis motus, ſiquidem motui quies eſt contraria, ſed tempori nihil. Item ſi incorruptibili contrariuꝫ eſt corruptibile, ⁊ deo nihil, non igitur erit genus dei incorruptibile. Cęterum fert inſtantiam probabilem contra locum, quę eſt de ſanitate ⁊ morbo. Nam ſimpliciter ſanitas eſt contraria morbo, ſed acceptorum ſub morbo ⁊ ſanitate alicui nihil eſt contrarium, nam febris morbus exiſtens, ⁊

obthalmia

Solutio. obthalmia ⁊ pulmonis morbus nulluz contrarium habent. Vel etiam eſt in his contrarietas ſine nomine, nã de ſingulis his ſanitas dicitur.

❡ Interimenti igitur tot modis inſpiciendus, ſi enim non inſint, quę dicta ſunt, manifeſtuz eſt non eſſe genus, quod aſſignatum eſt. Cõſtruenti vero tripliciter. Primuz quidez, ſi cõtrarium ſpeciei ſit in dicto genere, cum nõ ſit contrarium generi. Nam ſi cõtrarium in hoc, manifeſtum, quoniam ⁊ qđ propoſitum eſt. Inſuper ſi mediũ in dicto genere, in quo eni medium, ⁊ extrema. Rurſum ſi ſit contrariũ quiddam generi, conſiderandum ſi ⁊ contrarium in contrario. Nam ſi ſit, manifeſtũ, quoniam ⁊ propoſitum in propoſito eſt.

❡ Cuz aſſignarit multo locos a cõtrijs, nam ſunt quos expoſuit, nũc omnes hos inquit deſtructiuos eſſe, tres autez ex ipſis ſolũ eſſe vtiles etiã ad cõſtructionẽ dicit quos et exponit, nã quãdo primus dictorũ ſtatuẽs ſi non eſt aliqd poſito generi cõtrariũ, ſed ſpẽi, tũc ambo cõtraria ſub eodem genere eẽ. Nam hoc poſito, ſi oſtẽderetur ꝙ accepto gñi nihil eſt cõtrium, ⁊ eſt q̃ſite ſpẽi cõtrariuz in genere hoc, erit oſtẽſum ꝙ etiã q̃ſiti cõtrarij ſpẽi idez genꝰ erit. nam ſi cõtrium in hoc, patet ꝙ etiã hoc ceu qa plura paucioribus cõtraria, ⁊ multitudo eſt genus multoꝝ, ⁊ nihil multitudini eſt cõtriũ ⁊ paucoꝝ multitudo erit genꝰ. Scđz quoqꝫ locũ ad conſtructionẽ a cõtrijs pdictis eſſe vtilẽ exponit euz a medijs, naz ſi mediũ aliquoꝝ in hoc quodã gñe, ⁊ cõtria in eodẽ genere erũt. Opꝫ autẽ palã mediũ proprie accipi. Hęc aũt ſunt hmõi media quę ſiunt ſm mixtionem cõtrioꝝ, nã in quo genere eſt vox craſſa in illo ẽt acuta ⁊ grauis, ⁊ in quo fuſcũ, in illo etiã albũ ⁊ nigruz, ſed minime in quo fortitudo, in hoc etiã audacia ⁊ timiditas, qa non ſic virtutes medię maloꝝ vt ſint ſm mixtionẽ ipſoꝝ. Item tertiũ locũ exponit ad cõſtructionem qñ ⁊ ſpẽi accepte fuerit aliqđ cõtriuz ⁊ poſito vt gñi. oportet (inqt) cõſiderare ſi cõtriuz q̃ſiti ſit in cõtrario gñe, nã ſi cõtrariũ in cõtrio ⁊ q̃ſituz in cõtrio illius erit, nã ſi q̃ſiti genus eſt in cõmẽſuratio morbi, oſtẽdentes ꝙ ſanitatis q̃ ẽ cõtraria morbo cõmenſuratio at genus cum ſit, contraria fuerit incõmẽſurationi, oſtendemus tuz ꝙ etiã morbus eſt in ipſa incommenſuratione.

❡ Rurſuz in caſibus, ⁊ coniugatis, ſi ſimiliter ſequuntur, ⁊ interimenti, ⁊ cõſtruenti. Simul eniz vni, ⁊ omnibus inſunt, vel non inſunt. vt ſi iuſtitia ſcientia quędaz, ⁊ iuſte ſcienter, ⁊ iuſtus ſciens. Si autem horum aliquid nõ ineſt, nec reliquorum vllum.

❡ Vt in pblematibꝰ ab accidẽte tradidit quaſdam locos deſtructiuos ⁊ cõſtructiuos a caſibꝰ ⁊ cognatis, ſic etiam ad pblemata gñis ab ipſis eiſdẽ aſſignat aliquos locos, nã cões ⁊ opportuniſſimi ad oĩa ſunt loci a cognatis, nã ſi de aliquo genus aſſignaret, opꝫ videre ſi etiaz cognata generi ſpẽi cognatoꝝ poſſint eẽ gñia. Et ſi fuerint conſtruentẽ, ſin vero deſtruẽtur, nã ſi ſimilr ſequitur poſitũ genꝰ ipſam poſitã ſpẽm, etiã caſus gñis ſequitur caſuz ſpẽi, tunc aſſignatũ genus erit cõſtructũ de eo cuiꝰ eſt genus, vt caſus in magnanimitate magnanime, ⁊ in ipa carẽtia affectionis nõ affectẽter. Si ergo magnanime eſt nõ affectẽter, ⁊ magnanimitas eſt affectionis carẽtia, ſi ergo primũ eſt, igiẽ ⁊ ſcđm. Rurſus deſtruimus ſic a caſibꝰ. eſto ppoſituz oſtẽdere ꝙ nõ ſit genus indolis celeritas aſſumemꝰ a caſibꝰ cõtinuũ tale, ſi indoles bonũ ingeniũ eſt celeritas, ⁊ ingenioſe eſt celeriter, ſed non eſt ingenioſe celeriter, nã bene magis eſt ſed nõ celeriter, neqꝫ igiẽ indoles eſt celeritas. Rurſus ſi ruſticitas eſt ruditas, ⁊ ruſticitus eſt rude, ſed nõ eſt ruſticitus rude, ſed magis inexperienter, igiẽ neqꝫ ruſticitas erit ruditas. Item ſi voluptas bonũ, ⁊ voluptuoſe bene, ſed nõ eſt hoc voluptuoſe bene, nã eſt voluptuoſe affici turpiter ⁊ male affici, igitur nec voluptas eſt bonũ, ⁊ ſic qdẽ a caſibꝰ. Rurſus cõſtruemꝰ a cognatis, cognata aũt dicunẽ inter ſe ſic dicta, fortitudo, fortis, fortiter, forte. Etenĩ caſus hic fortiter in cognatis eſt, ideo loci a cognatis cõtinẽt etiaz locos a caſibꝰ, ⁊ ipſe vſus eſt de oĩbus ſimul eiſdẽqꝫ exẽplis. Silr hęc cognata iuſtitia, iuſtus, iuſte, iuſtũ, ſumemus igiẽ volentes oſtẽdere ꝙ iuſtitia ſub genus ſit, qꝛ eſt virtus cognata eidez, vt ſi iuſtũ vt ita dixerim virtuoſũz eſt, ⁊ iuſte eſt virtuoſe, ⁊ iuſtus virtuoſus, ⁊ iuſtitia virtus, ſi ergo antecedẽtia ſunt, etiã ſequẽs erit verũ. Sic ergo cõſtruemꝰ ⁊ deſtruemus ꝙ voluptas nõ eſt ſic ſub vtile, ſi voluptas vtile, ⁊ ħ voluptuoſe vtiliter ⁊ voluptuoſuz vtile, ſed nõ eſt voluptuoſuz vtile, igiẽ nec voluptas vtilis, quare in quo aptius euidẽtiuſqꝫ cõ accideret cognatoꝝ, illud ſumemꝰ ⁊ oſtendemus gipm, qꝛ neqꝫ voluptas eſt vtile, nã ſilr ſi hẽ oĩa cognata ſm illationem opꝫ, ſi vero nõ vtile voluptas, patet ꝙ neqꝫ in ipſo genere erit. Rurſus cognata inter ſe iuſtitia, iuſtus iuſte, iuſtum, ⁊ ſcientia, ſciens, ſcienter, ⁊ ſciens, ſi iuſtitię fuerit genus ipſa ſcientia, oportet etiam iuſtum eſſe ſub ſciente, ⁊ iuſtum ſub ſciẽtem ⁊ iuſte ſub ipſo ſcienter.

❡ Rurſuz in ijs, quę ſimiliter ſe habent adinuicem. vt delectabile ſimiliter ſe habet ad voluptatem, ⁊ vtile ad bonuz. vtrũqꝫ eniz vtriuſqꝫ effectiuũ eſt. Si igitur voluptas eſt qddam bonum, ⁊ delectabile quiddaz vtile erit. Manifeſtum enim quoniã boni erit effectiuum, quoniam voluptas eſt bonum.

❡ Similis etiã hic locus ei a cognatis, naz ſi aliqua ſilr ſe habẽt adinuicem, ſi alterũ eoꝝ quę ſimilr ſe hñt alterꝰ genus fuerit, ⁊ alterũ erit alterius genꝰ, vt qa voluptuoſum ſilr ſe hꝫ ad voluptatem, ⁊ vtile ad bonum, vt voluptuoſum eſt effectiuũ voluptatis, ſic etiaz vtile erit effectiuum boni, vel ecõtra pmutatim ſi voluptatis genꝰ bonuz, erit etiã genus voluptuoſi vtile. Eſt autẽ dictum ẽt per pportionẽ accipiendũ, nã ſi vt bonũ ad vtile, ſic voluptas ad voluptuoſum ⁊ viciſſim añcedẽs ad añcedẽs, ſic etiã cõñs ad cõñs, quare vt bonũ ad voluptatẽ, ſic vtile ad voluptuoſuz, ſi ergo bonũ eſt genus voluptatis, ⁊ vtile erit genus voluptuoſi, ipſe tñ non vſus eſt pportione, ſed affabulationẽ ⁊ cõſiliũ oſtenſi ornauit, naz qa erit ⁊ vtile genus voluptuoſi cõſultauit dicẽdo. Manifeſtum eni qñ boni erit effectiuũ qñ voluptas bonum, nam ſi voluptas bonũ eſt effectiuũ eius, ⁊ bonus erat voluptuoſum itaqꝫ erit alicuius boni effectiuũ, ſed omne boni effectiuuz vtile eſt in genere vtili. Itẽ hic locus eſt conſtructiuus ⁊ deſtructiuus, naz ſi voluptas in gñe bono, neqꝫ voluptuoſuz in gñe vtilis erit, ⁊ ſi vt exerceri ad ſanitatem, ſic diſcere ad ſciam, nõ eſt autẽ exerceri ſub ipſo diſcere, ſic neqꝫ ſanari ſub ſcire erit.

¶ Similiter autem ⁊ in generationib⁹, ⁊ corruptionibus, vt ſi edificari eſt operari, edificaſſe/operatum eſſe. Et ſi diſcere eſt reminiſci, ⁊ didiciſſe/recordatū eſſe. ⁊ ſi diſſolui eſt corrumpi, ⁊ diſſolutum eſſe, corruptum eſſe. ⁊ diſſolutio/corruptio quędam.

¶ Locos aſſignat, nā ſi generatio alicuius vt ſub genere fuerit alicuius alterius gn̄atio ⁊ genitū ſub ipſo erit vt ſub genere factum a genere effectiuo, eadem ratio etiā in corruptiuis igiť a gn̄atiōe ſi ędificare eſt agere ⁊ ſub actione etiam erit ipſum ędificari ⁊ agi ſub hoc. Itē ſi diſcere eſt reminiſci vt ſub genere, etiam reminiſci ⁊ didiciſſe ſub reminiſci erit, vt putauit Plato dicens diſciplinas eſſe reminiſcentias verum accipit ędificare ⁊ diſcere vt generationes, quorū aliud eſt ędificari, ⁊ aliud ei⁹ qꝺ diſcitur. Porro propria eſt ędificari ędificatio ⁊ diſciplina eius qꝺ diſcitur. Et erit tale dictum ſi ipſius ędificare fuerit genus ipſum agere, ⁊ ipſius ędificari erit agi, et ſi fuerit genus diſcipline reminiſcētia, ⁊ didiciſſe genus erit reminiſci. Sꝫ videntur exempla quibus vtitur competere etiam locis a coniugatis. Naꝫ cognatum eſt ędificare ipſi ędificari ⁊ agere ipſi agi. Item dicti erunt talia exempla ſi iuſtitię generatio non eſt diſciplina, neqꝫ iuſtitia ſcientia erit, ſed primum, igitur ſcđm. Sic aūt oſtenderet aliquis qꝺ neqꝫ ſcientia eſt genus ſenſus. Naꝫ ſi ſenſus generatio natura, ⁊ ſcientię nō natura, quippe diſciplina ſit, ſenſus non erit ſcientia. Patet autem qꝺ etiaꝫ locus conſtructiuus eſt, nam ſi geometrię generatio eſt diſciplina ⁊ geometria erit ſciētia, ſed a corruptione eſt locus talis. Si diſſoluere eſt corrūpi, ⁊ diſſolutio eſt corruptio. Nam ſimilr̄ ſe habet diſſolui ad diſſolutum eſſe, ⁊ corrumpi ad corruptum eſſe, quare ſi alterū alterius genus, ⁊ alterum alterius eſſet.

¶ Et in generatiuis ꝟo ⁊ corruptiuis, ſilr̄ ⁊ in potentijs, ⁊ vſibus, ⁊ omnino ſm̄ quālibꝫ ſimilitudinem ⁊ interimenti ⁊ cōſtruenti inſpiciendum, quęadmodum in generatiōe ⁊ corruptione diximus. Nam ſi corruptiuū, diſſolutiuum, ⁊ corrūpi/diſſolui. Et ſi generatiuū eſt effectiuum/ ⁊ generari/fieri/ ⁊ generatio factio. Similiter ⁊ in potentijs ⁊ vſibus, ⁊ omnino ſi potentia eſt diſpoſitio, ⁊ poſſe diſponi. Et ſi alicuius vſus eſt actus/ ⁊ vti agere, ⁊ vſum eſſe egiſſe.

¶ Similiter inquit vt a generationibus ⁊ corruptionib⁹, ſic etiam a generatiuis ⁊ corruptiuis arguendū eſt. Itē a potentijs ⁊ vſibus ⁊ vniuerſalr̄ ab his quę ſunt ſimilia ſm̄ quālibet ſimilitudinem, nam ſimiles argumentationes ab omnibus his ſunt, non ſm̄ ideꝫ tamen. Generatio enim eſt talis mutatio, ⁊ generatiuum eſt talis mutationis cauſa. Eadem quoqꝫ ratio in corruptione ⁊ corruptiuo. Nam dicit omnia talia habere ſimilitudinem inter ſe, ⁊ ſm̄ proportionem, vt enim fieri ad factum eſſe, ſic etiam agere ad egiſſe, ⁊ vt corrūpi ad corruptum eē, ſic diſſolui ad diſſolutuū eē, quare ſi alterum ſub altero fuerit, ⁊ alterū ſub altero erit. Itē potētia ad poſſe ſilr̄ ſe hꝫ, vt ēt diſpoſitio ad diſpōi, q̄re potētia diſpoſitio erit gn̄e, ⁊ poſſe diſponi erit. Rurſus vt vſus ad vti ⁊ actio ad egiſſe, cūcta aūt ſic dicta eo qꝺ ad vnū aliqd habent relationē ſimilia ſunt. Etenī generatiuū ad id qđ ſit, ⁊ generatio ad factum eſſe, ⁊ corruptio ad corruptū, ⁊ potentia ad poſſibile, ⁊ vſus atqꝫ vnūquodqꝫ ſimiliter taliū qꝺ hꝫ habitudinem ad vnū aliquid. Ideo ⁊ in omnibus ſimilis eſt oſtēſio ⁊ per ea quę ſunt inuicē. Nā ſm̄ ipſum caſum oīa inter ſe īferēť, nam ſi corruptiuum eſt diſſolutiuū, ⁊ corrūpi eſt diſſolui, ⁊ corruptio diſſolutio. Silr̄ ⁊ ſi generatiuū effectiuū ⁊ generari fieri, ⁊ generatio factio, ⁊ ſi nihil taliū eſt, neqꝫ alia ſunt, ſed hi oēs loci videntur ſimiles eſſe his a cognatis, vt p̄dixi, ⁊ ſi alicuius vſus actio ſi hoc ratione vti eſt agere, ⁊ ſub actione vt genus, ⁊ vſum eſſe ratione erit ſub egiſſe vt genus. Similiter ſi vſus actio virtutis, vel virtutē agere, ⁊ vti virtute eſt egiſſe.

¶ Si aūt priuatio ſit, qđ opponiť ſpeciei, duobus modis eſt interimere. Primū quideꝫ ſi in aſſignato genere eſt oppoſitum. Nam aūt ſimpliciter in nullo genere eodē priuatio, aut nō in vltimo, vt ſi viſus in vltimo genere eſt ſenſu, cęcitas non erit ſenſus.

¶ Cū amulerit prius locos a cōtrarijs, nā eo qꝺ cōtrariū aliqđ eſt ſpēi vel gn̄i cōſtructio ⁊ deſtructio fiebat, nunc etiaꝫ ab alijs oppoſitis aſſignat, ⁊ primū qdē ab his ſm̄ habitū ⁊ priuationeꝫ, ⁊ duo inqt eſſe locos deſtructiuos ab oppoſitis ſm̄ habitū ⁊ priuationē, quoꝝ primū tradit eum qui eſt a cōtrarijs generi ⁊ ſpeciei, ſi oppoſitū priuatio eſt ſub eodē genere ſub quo ponebatur etiam habitus ipſius vt primū genus, non erit genus habitus aſſignatum, naꝫ priuatio vel vniuerſalr̄ in nullo genere eodem vt etiaꝫ habitus, vel non omnino in extremo ⁊ proximo. Nam ſi viſus eſt in extremo ⁊ proximo genere ſenſus impoſſibile eſt cęcitatem eſſe priuationē eius in ſenſu eſſe, ⁊ ſi cęcitas in proximo genere eſt qꝺ eſt ipſa inſenſatio impoſſibile erit, vt viſus ſit in ipſa inſenſatione, ſic etiam oſtendemus qꝺ habitus nō eſt genus ignorantię, nam cognitionis habitus eſt genus, cuius ignorātia eſt priuatio, tamē nō in proximo eodē genere pōt eē habit⁹ ⁊ priuatio, ſic ēt oſtēdereť maliciā nō eſſe priuationeꝫ virtutis, qa bonum amborum proximus eſt habitus.

¶ Secūdo autē ſi ⁊ generi, ⁊ ſpeciei opponiť priuatio, non eſt autē oppoſituꝫ in oppoſito, nec qđ aſſignatuꝫ eſt in aſſignato erit. Interimenti igitur, quemadmodum dictū eſt, vtendum. Conſtruenti autem vno modo, nam ſi oppoſitum in oppoſito, ⁊ propoſitum in propoſito erit. Vt ſi cęcitas inſenſibilitas quędam, ⁊ viſus ſenſus.

¶ Secūdus locus a p̄uationibus q̄ aſſignat deſtructiuū talis erit ⁊ poſito generi priuatio aliqua oppoſita, vel ēt ſpeciei, ſi non fuerit ſpeciei priuatio oppoſita ſub priuatione oppoſita in genere, neqꝫ propoſitum eius erit genus. Naꝫ videtur ſi oppoſitum in oppoſito, ⁊ oppoſituꝫ in oppoſito eſſe, vt etiā in cōtrarijs, ſic viſus in ſenſu, qa etiam cęcitas in ipſa inſenſatione, ſed nō amplius viſus ſcientia, qa aūt cęcitas in ignorantia quę eſt ſcientię p̄uatio, igitur deſtruere a priuationibus eſt duplr̄, ⁊ cōſtruere vno modo tm̄. Naꝫ ſi oppoſituꝫ eſt in oppoſito, ⁊ oppoſitū erit in oppoſito, ſi auditus in ſenſu, ⁊ ſurditas erit in carentia ſenſus, ⁊ auditus in ſenſu.

¶ Rurſum

¶ Rurſum in negationibus cõſiderãdū econverſo, quẽadmoduȝ in accidente dicebať. Ut ſi delectabile, qḋ quidẽ bonuȝ, qḋ non bonū, non delectabile. Si enim non ita ſe hȝ, erit ꝫ non bonū delectabile. At impoſſe eſt ſi bonū eſt genus delectabilis, eſſe quicꝗ̃ non bonuȝ delectabile. De qbus enīȝ genus non p̃dicať, nec ſpẽꝝ vlla. ⁊ cõſtructi ſilr̃ inſpiciendū, qm̃ ſi non bonum non delectabile, delectabile bonum, quare genus bonum delectabilis.

¶ Profectus eſt ad oppoſita ſm̃ ꝯdictionẽ, ⁊ oſtẽdit q̃ꝛ̃ ⁊ ab oppoſitione hac ſm̃ cõtradictionẽ poterimus conſtruere genus. Inquit igiť econtra ſumendū eſſe in locis oppoſitis ſm̃ cõtradictionẽ, vt iam dictuȝ eſt, q̄ꝫ de accidente dicebať, nam aſſignans locū ad accidens a ꝯtradictione in ſcḋo libro cõſtructiuū ſic dixit. Quoniaȝ aũt ſunt oppoſitiones quatuoꝛ eīȝ qui cõſtruit ⁊ deſtruit cõſiderare opȝ ex ꝯtradictionibus ecõtra ex illatione. De hoc igitur nos reuocet ad memoriā. Sȝ q̃o rurſus ipſe demõſtrauit per exẽplū, nam ſi eſſet poſitū voluptuoſuȝ ꝙ quideȝ eſt bonum id eſt in generẽ bono, opȝ rurſum a negatione boni velut genus aſſignareť incipiẽdo negationẽ voluptuoſi inferre ipſi. Nam ſi voluptuoſum ꝙ quidem eſt bonū, non bonū opȝ eſſe nõ voluptuoſuȝ, cuius cauſaȝ aſſignauit dicens. Nam impoſſe eſt ſi quidẽ bonū genus voluptuoſi aliqḋ non bonū voluptuoſuȝ eſſe. Nã ſi fuerit aliqḋ nõ bonum voluptuoſum, non amplius oẽ voluptuoſum ſub bono erit, ſic auteȝ neqȝ genus ipſius adhuc bonū erit. Item ſi non verū non bonū, non voluptuoſum erit. Eſt enim aliqḋ non bonum voluptuoſum neqȝ ſi voluptuoſi genus boni erit. Sic oſtendes ꝙ ſi boni genus eſt laudabile, non laudabile nõ bonū. Sunt autẽ quędã non laudabilia licet bona, vt ſanitas, robur, diuitię, deſtruẽtes igitur incipiemus ab hoc qḋ deſtruere volumus, nam ſi voluptas ꝙ quidẽ bonū non bonū nõ voluptuoſum, neqȝ ſm̃ erit. Non enim verū eſt non bonum nõ eſſe voluptuoſum, igiť neqȝ primuȝ, hoc autem erat, neqȝ voluptatis bonū eſt genus. Sed probãtes a cõuerſo demõſtrato. Nam ſi virtus nõ fortitudo, ⁊ timiditas virtus, ſi aũt primū, ergo ⁊ ſcḋm. Ideo deſtructio ſm̃ locū ſm̃ indemõſtrabile eſt. Sed conſtructio ſm̃ primū probabile igiť cõſtructionis, non tñ neceſſariū. Nõ enīȝ ſi verū eſt ꝙ albū canis, iam ob id canis albū eſt genus, ideo de accidẽte verioꝛ erit locus q̃ȝ de genere.

¶ Si aũt ſit ad aliquid ſpecies, cõſiderandū ſi ⁊ genus eſt ad aliquid. Naȝ ſi ſpẽs ad aliqd, ⁊ genus: vt in duplici ⁊ multiplici. vtrūqȝ.n. ad aliquid. Si aũt genus ad aliquid, non neceſſario ⁊ ſpecies. diſciplina enim ad aliquid. grãmatica aũt non. An nec qḋ prius dictum eſt, verum vtiqȝ videbitur. Nam virtus qḋ quidẽ bonum, ⁊ qḋ quidẽ honeſtum. Et virtus quidẽ ad aliquid, bonum ꝟo, ⁊ honeſtuȝ non ad aliquid, ſed qualia.

¶ Quia ad oppoſita ſm̃ ad aliquid, ꝓfectus eſt aſſignať plures locos ab hoc, nam primū hunc aſſignat, ſi poſitū vt ſpecies in genere aliquo ad aliquid fuerit, opȝ etiã genus ad aliqd eſſe, quare ſi aſſignatuȝ genus nõ fuerit ad aliqd ⁊ ſpẽs ad aliquid, nõ erit genus poſitũ eius genus. Nam eoꝝ ad aliqd vidẽtur etiaȝ genera eſſe. Porro duplȝ ad aliqd cum ſit ſub ipſo ſubmultiplex eſt ꝙ ad aliquid eſt. Item ſcia cum ſit ad aliquid ſub opinione eſt, q̃ eſt etiã ad aliquid, tñ ęqualis quãtitas non eſt genus, q̃ꝛ ęquale eſt ad aliquid, ſed quãtitas non eſt ad aliqd. Dicit autẽ ꝙ ſi genus fuerit ad aliquid, non neceſſe etiã eſt ſpẽm ad aliquid eſſe. Nam ſcia cum ſit ad aliquid genus eſt grãmatices, muſices, geometrię, quaruȝ nulla eſt ad aliquid. Eſt aũt locus ſoluȝ ad deſtructionẽ vtilis, ſed ad ꝯſtructionẽ non prorſus. Non enim ſi ambo accepta ad aliquid ſunt, erit alterū alterius genus, vt ẽt ſcientia ⁊ duplȝ. Sed inſtantiã ornauit ⁊ ad ſtatuentẽ. Si ſpẽs eſt ad aliqd ⁊ genus erit de numero eoꝝ quę ſunt ad aliqd tñ quã non ſane ſit locus. Naȝ virtutẽ cum ſit ad aliqd ſub honeſto ⁊ bono vt genus eſt, quoꝝ neutruȝ ſub ipſo ad aliqd eſt, igiť ⁊ virtus ſub qualitate magis q̃ȝ ſub ipſo ad aliquid. Diceret aũt aliquis neqȝ genera eſſe virtutis dicta, nam neqȝ bonū genus ſi quidẽ ęquiuocū neqȝ virtutis genus honeſtū, nam primū eſt virtus actionū ſm̃ ſe, ſed de his honeſtum p̃ędicari videtur ſolum.

¶ Rurſum ſi non ad idem diciť ſpecies, ⁊ ſm̃ ſe, ⁊ ſm̃ genus, vt ſi dupluȝ dimidiȝ diciť duplū, ⁊ multiplū dimidiȝ opȝ dici. Si aũt non, non erit multiplū genus dupli. Inſuper ſi nõ ad idem ⁊ ſm̃ genus diciť, ⁊ ſm̃ oia generis genera. Si enim duplū dimidiȝ multiplū eſt, ⁊ abundãs dimidiȝ diceť. Et ſimplr̃ ſm̃ oia ſuperioꝛa genera ad dimidiū diceť. Inſtãtia, qm̃ non neceſſe eſt ſm̃ ſe, ⁊ ſm̃ genus ad ideȝ dici. Scientia enīȝ ſcibilis diciť. Habitus autem, ⁊ diſpoſitio non ſcibilis, ſed animę.

¶ Scḋm locum deſtructiuū ab eo ad aliquid aſſignať nobis talẽ. Ad qḋ diť ſpecies per ſe, ad hoc opȝ ⁊ ſm̃ genus ipſum dici, vt q̃ꝛ duplū ad dimidiū per ſe, nam duplū dimidiȝ duplū, ⁊ genus ſuũ multiplum ad ipſum diť, nam duplū dimidiȝ diť multiplū, q̃ꝛ duplū eſt multiplex. Hoc enim dictū eſt quaſi cõtextus ſnīa, vt dupluȝ dimidiȝ, ſic ẽt multiplex dimidiȝ, porro ſi aliqd diciť ad aliquid nõ ad ideȝ hoc ⁊ ſm̃ aſſignatū de ipſo genus poteſt dici nõ erit genus aſſignatū eius. Sic aũt oſtendeť potentia non eſſe genus viſionis, q̃ꝛ viſio ſm̃ ſe viſibilis diť, ſed minime ſm̃ potentiã. Non enīȝ diť viſio potẽtia viſibilis. Sic ẽt oſtẽdeť neqȝ habitus eſſe genus viſionis, q̃ꝛ viſio per ſe viſibilis diť, ⁊ in minime potẽtia viſilis eſſe. Addit aũt p̃dicto ꝙ non ſolū opȝ ſm̃ genus ad ipſum dici, ſed etiã ſm̃ oia generis genera. Porro duplū non modo duplū dimidiȝ duplū diť, neqȝ ſolum multiplū dimidiȝ, ſed etiã excedens ꝙ eſt genus multipli ⁊ maioris ꝙ eſt generalius, igiť ex ſe ſufficiẽs nõ eſt ad oſtẽdenduȝ genus viſionis eſſe ſcientiã, qḋ dicať viſio eſſe ſcia viſilis. Nam ſi diſpoſitio nõ diť ꝙ genus eſt ſcientię, non erit eiuſdẽ ſciẽtię genus. Cęterum affert inſtantiã cõtra locū tanq̃ȝ non ſit verus vlr̃, vel q̃ꝛ ſcia per ſe ſcibilis diciť. Nam eoꝝ eſt q̃ ſunt ad aliqd, non tñ ſm̃ genus ipſius diciť, nam eſt genus ipſius habitus ⁊ huius diſpoſitio, tñ non diciť ſcientia neqȝ habitus ſcibilis neqȝ diſpoſitio, ſed habitus aię ⁊ diſpõ animę ſcientia. Vel duplex habitus ⁊ diſpoſitio, nam habitus ⁊ diſpoſitio dicitur de habẽte ipſa vt anima, ⁊ de his quę habentur ab ipſis. *Solutio inſtantie.*

**¶ Rurſum ſi ſilr dr̃ genus, ⁊ ſpẽs ſm caſus. Ut ſi alicui, aut alicuius, aut quolibet mõ alr dr̃. Nam vt ſpẽs, ⁊ genus. Uelut in duplo ⁊ in ſupioribus. Alicuius enim ⁊ duplũ ⁊ multiplũ. Silr autẽ, ⁊ in ſcientia, alicuius enim ⁊ hec, ⁊ genera, vt diſpoſitio ⁊ habitus. Inſtãtia autẽ, quoniã aliquoties non ſic. Nã differens. ⁊ cõtrariũ alicui, diuerſum autẽ, (quod eſt genus horum) nõ alicui, ſed ab aliquo. Diuerſum enim dicitur ab aliquo.**

¶ Et hic locus eſt ab ipſo ad aliqd, naʒ q̄ videntur genus ⁊ ſpecies eſſe de numero eorũ ad aliquid ſilr ſm caſus dicunt̃. Nã ſi ſpecies alicuius, etiã genus alicuius, vt duplũ alicuius, nam eſt illius q̄ eſt multiplr multiplum, ⁊ excedens ſimilr eſt alicuius, nam exceſſi, ⁊ maius, nam minoris eſt. Similr ſcĩa alicuius ⁊ habitus ⁊ diſpoſitio ⁊ opinio alicuius, ⁊ rurſus ſi alicui ⁊ alia ſimilr. Vt enĩ ſcibile alicui, nam eſt ſciẽtię. Sic etiã habile dicit̃ ipſius habitus, ⁊ opinabile opinionis, ⁊ vt genus non erit aſſignatũ genus. Ideo ſi poneret̃ genus amici conſiliũ aut volũtas vtẽtes predicto oſtẽdemus q̄ non eſt amici volũtas genus. Non enim ſm eoſdẽ caſus dr̃ ad alterũ voluntas ⁊ amicus, nam voluntas ad genitiuum dicit̃, nam alicuius volũtas quippe quę volibilis, ſed amicus ad datiuũ diceret̃. Similr oſtẽdet̃ q̄ additio nõ eſt genus auctionis, q̄ auctio alicuius, quãquidẽ ſit auctorũ, ſed additio non alicuius, ſed alicui, nam addito. Cęterũ inſtat contra locũ perinde ac non ſanus ſit. Non eniʒ in oĩbus ad aliquid ad ſimiles caſus genus ⁊ ſpecies aſſignatur. Nã Srũm alicui q̄ cõtrario, ⁊ differens ſimilr q̄ differenti, ſed alterum genus exiſtens ambobus alicuius, ſed non alicui, non alterum alterius alterum.

**¶ Rurſum ſi ſimiliter ad aliquid ſm caſus dicta non ſimiliter cõuertunt̃. Queãdmodũ in duplo, ⁊ multiplo. Utrũq; enim horum alicuius, ⁊ idem etiã ſm cõuerſionem dr̃. Alicuius enim ⁊ dimidiũ, ⁊ ſubmultiplũ. Similr autẽ ⁊ in diſciplina, ⁊ opinione. Nam hę alicuius, ⁊ conuertit̃ ſimiliter. etenim opinabile, ⁊ diſciplinatũ alicuius. Si igit̃ in aliquo nõ ſimiliter conuertitur: manifeſtuʒ eſt, quoniam non alterum alterius genus eſt.**

¶ Etiam hic locus ex his ad aliqd eſt, nam q̄ oĩa videntur ad aliqd dici ad cõuertentia, ſi ↄuerſa nõ ad ſimiles caſus rurſus cõuerterẽtur non erit genus id qđ aſſignat̃ vt genus. Eteniʒ ſi idẽ vt ſpecies poſita ad ſimiles caſus adinuicẽ diceret̃, nondũ genus aſſignatũ erit, niſi cõuertentia aſſignato vt generi ⁊ ſpeciei ad ſimiles rurſus ambos caſus dicerẽt̃. Sępe igit̃ ad caſus aſſignatũ eſt, nam duplũ alicuius, ⁊ multiplũ ſimilr. Itẽ excedens ⁊ maius, ⁊ cõuertẽtia cũ ipſis ad ipſas, nam minus aliquo minus, ⁊ excedens aliqđ exceſſuʒ excedit, ⁊ multiplex multiplũ ſʒ eadẽ eſt alicuius. Similr ⁊ dimidiũ. Sed in aliquibus ad aliũ quidẽ caſum genus ⁊ ſpecies dicitur, ⁊ ad aliam cõuertentia cũ ipſis. Verũ ad eundẽ inter ſe vt ſcientię ⁊ opinionis caſum dicũtur, nam ſcientia alicuius q̄ ſcibilis ⁊ genus eiuſdẽ. Opinio quoq; eſt alicuius ſi quidem opinabilis. Sed cõuertẽtia cũ ipſis ad alios caſus cõuertũtur ⁊ nõ ſm quos hęc dicuntur, quãq; ſm eoſdẽ inter ſe, nam ſcibile q̄ cõuertit̃ cum ſcĩa in datiuo caſu cõuertitur, nam ſcię eſt ſcibile, ⁊ opinabile ↄuertitur ſic ad opinionẽ. Similr ⁊ ipſiʒ nõ alicuius eſt opinabile, nam opinioni. Qñ igitur non ſilr ſe habẽt conuertẽtia, deſtruet̃ poſitũ vt genus, nam ſi qs poneret maioris genus eẽ excedẽs, q̄ ſunt cõuertẽtia cũ ipſis non ad ſimiles caſus dicitur, nam minus eſt alicuius, q̄ maioris. Item excedẽs alicuius, q̄ minoris. Itẽ exceſſum alicui, naʒ excedenti, ſed tolleret̃ excedẽs eſſe genus maioris, tñ Straton adiecit quẽdã hinc loco aliũ locũ. Si eadẽ ad ſimiles caſus dicerent̃, aliud cõuertit̃ ⁊ aliud nõ inquit poſitũ non fore genus. Et exẽplis vtitur loci defectu ſ. ⁊ indigẽtia, naʒ ſi aliquis genus defectus indigẽtia dicit, q̄ vtrũq; ipſoꝝ ad eundẽ caſum aſſignatur, nam defectus alicuius, naʒ ſupereminentię, ⁊ indigentia ſilr eſt alicuius, nam ſufficientis, ſed non amplius ambo ad quę vtrũq; ipſoꝝ dicitur, cõuertũtur, naʒ exceſſus ⁊ ipſe alicuius quippe defect⁹, ſed ſufficiens non amplius cõuertit̃, non enim dicit̃ ſufficiens indigẽtię ſufficiens, quare non erit indigẽtia defectus genus, ſʒ hic qui vult aliquid parũ ſecare deſtruit aliqđ maius, nam oĩa ad genus conuertẽtia dici aſſerit. Sed cã erroris eius eſt, q̄ non ↄgruit eſt accipere indigẽtiam ad ſufficiens dici. Etenim indigentia eſt cõuenientis ⁊ decẽtis indigentia, ⁊ ad hoc dicitur ad aliquid.

**¶ Rurſum ſi non ad ęqualia ſpẽs ⁊ genus dicitur. Similiter enim ⁊ ęqualiter vtrũq; vr̃ dici: queãdmodũ in dono, ⁊ datione. Eteniʒ donuʒ alicuius, ⁊ alicui dicit̃. Et datio alicuius, ⁊ alicui dicit̃. Eſt aũt datio genus doni, donũ eniʒ datio eſt irredibilis. In aliquibus autẽ non accidit ad ęqualia dici, nam dupluʒ alicuius duplũ, abũdans autẽ, ⁊ maius alicuius ⁊ aliquo. Omne eniʒ abũdans, ⁊ maius aliquo abundat, ⁊ alicuius abũdat, quare nõ ſunt genera quę dicta ſunt, dupli. Eo q̄ non ad ęqualia dicũtur ſpeciei. Aut non vlr verũ ad ęqualia ſpeciem, ⁊ genus dici.**

¶ Quia eoꝝ quę ad aliquid alia ad vnũ dicunt̃, alia vero ad plura, ad vnũ quidẽ duplũ, nam ſolum ad dimidiuʒ. Eteniʒ hoc ad vnũ, quippe ad multiplex multiplũ, ſʒ ad plura excedens. Etenim alicuius, excedens quoq; excedit etiã aliquẽ vel in datiuo caſu. Si ergo nõ ad ęqualia genus ⁊ ſpecies dicerẽtur, ſed aliud ad plura, ⁊ aliud ad vnũ non erit genus aſſignatũ. Naʒ videtur genus ⁊ ſpẽs ad ęqualia dici, vt in donatione ⁊ datione, nã vtrũq; ipſoꝝ ⁊ alicui ⁊ alicuius, ideo tolleret̃ hoc. ſ. dationeʒ eſſe genus donationis. Eteniʒ dicit̃ donatio datio gratis data, ſi ergo non ad ęqualia dicerẽtur, deſtruemus aſſignatũ genus eſſe hoc loco vtẽtes, vt ſi poneret̃ irę genus eẽ appetitus, quia appetitus ad vnũ dicitur, nam alicuius, ira aũt ⁊ alicuius ⁊ alicui, tñ appetitus nõ eſſʒ genus irę. Silr oſtẽdemus qđ etiã laudabilis non eſt oratio. Nam oratio alicuius ſoluʒ, ſed locus alicuius ⁊ in aliquo. Niſi forte vt etiã ipſe dicit locus nõ eſt verus, ſed veriſimilis ſolũ. Nam eſt cõceſſo cũ fuerint genera aliquoꝝ quę nõ ad ęqualia cum ipſis dicũtur, vt ſe hʒ excellentia, multiplũ, ⁊ duplum. Nã hęc ad vnũ, ſed excellẽtia cum ſit genus ipſorũ ad duo dicit̃. Etenim alicuius ⁊ alicui. Item imitatio alicuius ſolũ cũ ſit genus ęmulationis, ſʒ ęmu-

latio alicuius ⁊ in aliquo. Itē oratio cuȝ ſit genus lauda/bilis non dicitur ad ęqualia vt dictum eſt.

**¶ Uidendū autez ⁊ ſi oppoſiti/eſt oppoſitus genus. Ut ſi dupli multiplum, ⁊ dimidiū ſub multiplum. Oportet enim oppoſitum oppoſiti genus eſſe. Si igitur ponat aliquis ſciētiā qđ quidem ſenſum, oportebit ⁊ ſcibile quod quidē ſenſibile eſſe, non eſt aūt, non enim omne ſcibile: ſenſibile, etenim intelligibiliuȝ quędā ſcibilia quare non eſt genus ſenſibile/ ſcibilis. Si aūt hoc non/neqȝ ſenſus ſcientię.**

¶ Item hic locus eſt ab his ad aliquid, nam ſi poneretur aliqđ genus alicuius, ⁊ ambo fuerint ad aliqd, cenſet cōſiderandū eſſe ſi oppoſitū ſpeciei. Eſt aūt oppoſitum ipſi ad qđ dr̄ oppoſitū generi genus eſt. Nam ſi nō hoc, neqȝ oppoſiti oppoſiti genus erit. Naȝ ſemper videť oppoſitum ſpeciei in oppoſito genere eſſe. Qn̄ fuerit aliqđ oppoſitum eidē, ſed ad aliquid habēt hęc oppoſita ad quę dicitur, vt dupli genus multipli, qꝛ etiā dimidij eſt multiplex multiplū ⁊ ſcientię opinio, qꝛ etiā ſcibilis opinabile. Porro ſi poneret genus ſcientię ſenſus deſtruere poterimus vtētes hoc neqȝ oppoſiti ſcientię ſcibilis genus eſſe oppoſituȝ ſenſui ſenſibile. Non enim genus ſcibilis ſenſile, qꝛ cum ſint plura intellectualia, ſunt ſcibilia. Sed poteſt aliquis vti loco ad conſtructionē. Nam ſi oſtēderetur oppoſituȝ poſito, vt generi eſſe genus oppoſitę ſpeciei, ⁊ ſuppoſitum erit genus.

**¶ Quoniā aūt eorum, quę ad aliquid dicunť: alia qdeȝ ex neceſſitate in eis, aut circa ea ſunt, ad quę dicunť. Ut diſpoſitio, ⁊ habitus, ⁊ cōmenſuratio. In alio enim nullo poſſibile eſt eſſe, quę dicta ſunt, ꝙ in eis, ad quę dicuntur. Alia autē non neceſſe eſt in eis eſſe, ad quę dicunť. Contingit autē, quēadmodū ſcibile eſt in aīa. Nihil enim prohibet ſui ſcientiā habere animā. Non neceſſariū autē. Poſſibile eſt enim ⁊ in alio eſſe hanc eandez. Alia vero ſimpliciter non cōtingit in eis eſſe, ad quę dicunť, vt cōtrarium in cōtrario, neqȝ ſciam in ſcibili, niſi ſit ſcibile aīa/ vel homo: cōſiderare opȝ/ ſi quis in genere ponat, qđ tale eſt, in nō tali, vt ſi memoriā manſionē ſcientię dicat. Ois enim manſio imanēte/ ⁊ circa illud, quare ⁊ ſciētię māſio in ſcia. Memoria igiť in ſcia, eo ꝙ māſio ſcię eſt. Hoc autez non cōtingit, memoria enim ois in aīa. eſt aūt qui dictus eſt locus, ⁊ ad accidens cōis. Nihil enim refert memorię genus manſionem dicere, aut accidere dicere illi hoc. Nam ſi quouis modo eſt memoria manſio ſciētię, eadē aptabitur de ipſa ratio.**

⁋ Conſiderandū cum dixerit inqt locū ad cōſtructionē generis ⁊ locuꝫ a minus ⁊ ſilr̄ inſuper inquit ad conſtructionē eius ꝙ eſt aſſignatū genus vtilē locum ſi aſſignatū vt genus plurū ⁊ differentiū ſpecieꝝ erit aſſignatum, quęrendum eſt ſi in quid eſt de ipſis pręducet̄, nam ſi de pluribus ipſis ⁊ ſm̄ ſpēm differētibus in qd eſt erit pręducatum, erit genus vt ſi animal equi hoīs, ⁊ idipſum vtile erit ad deſtructionē, nam ſi non fuerit in quid eſt p̄dicatum nō erit genus, ſi aūt vnius ſpeciei fuerit aſſignatum ⁊ p̄dicaret̄ de eodē, inquirendū eſt ſi ēt de alijs differentibus ſpecie ſilr̄ pręducat̄, vt ſi animal aſſignaret̄ genus hominis conſiderandū ſi ēt equi ⁊ alicuius alterius ſimiliter ſit pręducatū, nam erit genus. Verū dicendo de differētia dixit. Q̄m autē videt̄ quibuſdā ⁊ dr̄ia in quid eſt pręducari, q̄m vt cōgregatiꝫ eſt accepta ſic pręducat̄, ſed minime ſine materia aggregari dr̄ia p̄dicat̄ ſic de qua mentionē fecit in p̄dicamentis in quibus dixit ſuſcipere rationē dr̄iaꝝ indiuidua ⁊ ſpecies quas proprie exiſtentes dr̄ias non dixit eſſe ſubſtātias ibi, quia neq̄ȝ genera, neq̄ȝ ſpēs, neq̄ȝ indiuidua, nam de ſpeciebus p̄dicata vt genera p̄dicaret̄, qȯ aūt non genera dr̄ię nunc oſtendit, neq̄ȝ ſpēs, equidē ſpecies ſeorſum ⁊ ſine generibus acceptę ſunt dr̄ię ſi etiā aggregatę. Hę autē in illo libro ſubię ⁊ indiuidua ſub ipſis. Sed ſic acceptę dr̄ię ⁊ genera diuiſa ab ipſa vniuocę pręducātur, ſiquideꝫ vt dixit nunc pedeſtre ſigt̄ quale animal, ſed nō videt̄ ipſū genus de propria dr̄ia ſic pręducari, neq̄ȝ de dr̄ia in ſubſtātia acceptę ſine materia diuiſum ab ipſa genus vniuocę p̄dicat̄, qa neq̄ȝ quippiaꝫ aliud totum diſſimulare ſic pręducatur de vnaquaq̄ȝ parte, ſꝫ talis dr̄ia eſt pars diuiſi ab ipſa, neq̄ȝ eadē de ſpē vel indiuiduo, ꝙ neq̄ȝ pars de toto.

**⁋ Q̄m autē videt̄ quibuſdā ⁊ differētia in eo qȯ quid eſt de ſpeciebus pręducari, ſeparādū eſt genus a dr̄ia vtenti ijs, quę dicētur elementis. Primo quidē, q̄m genus de pluribus dr̄ q̄ differentia dr̄. Deinde q̄m ſm̄ ipſius quid eſt aſſignationē magis ꝯuenit genus q̄ differentiā dicere. Qui enim aīal dicit hominem, magis indicat quid eſt homo, q̄ qui greſſibile. Et quoniam differentia quidē qualitatem generis ſemper ſignificat, genus autem differentię, non. Qui enim dicit greſſibile: quale quid dicit animal. Qui vero animal dicit, non dicit quale quid greſſibile. Differentia igitur a genere ſic ſeparanda.**

⁋ Dixit quidē in primo ꝙ ēt dr̄iaꝫ ⁊ problemata a differentia ſimul opꝫ cuꝫ genere ordinare tanq̄ ipſi loci ſint vtiles ad problemata a differētijs. Qȯ vero nō omnino idem dr̄ia cum genere patet ſi etiā qꝛ maxime ⁊ ipſa in quid eſt videt̄ de ſpecie pręducari ⁊ de pluribus ⁊ differētibus ſpecie dr̄ia, quibus dr̄iam poterimus ſeparare a genere quędā elemēta ⁊ ſpeculata nobis tradit quę pręueniendo iam dixit in dictis. Eſt aūt primuꝫ ꝙ genus in plus dicit̄ q̄ dr̄ia, nam eſt aliqua pars generis dr̄ia diuiſa ab eo. Scd̄ꝫ ꝙ ⁊ ſi differētia in quid eſt videt̄ pręducari. Naꝫ ſi diffinitio in quid eſt, ⁊ dr̄ię ſunt in diffinitione. Item magis genus cōuenit interrogātibus de ſpecie qd eſt aſſignare q̄ dr̄iaꝫ, naꝫ magis homo animal q̄ rōnale. Tertiū ꝙ dr̄ia qualitateꝫ generis cuius eſt ſignificat, nam qualitas animalis rationale pedeſtre, ſed minime ⁊ genus dr̄ię, naꝫ nullius ipſoꝝ qualitas eſt animal, ⁊ ꝙ ſic ſe hꝫ oſtēdens apponit, qꝛ qui dicit rōnale quale animal ſigt̄, ⁊ qui dicit aīal non dicit quale rōnale, quare rationale in quale tranſmutatur qualitatē animalis ſignificās, ſed aīal minime qualitatē rationalis ſignificat.

**⁋ Q̄m autē vr̄ muſicū, qua muſicū eſt, ſciens eſſe, ⁊ muſica ſciā quędaꝫ eſt, ⁊ ſi ambulans, qua ambulat mouet̄, ambulatio motus quidā eſt: Cōſiderādū in quo genere vult quippiam cōſtruere, dictum modū. Vt ſi ſciaꝫ, qȯ quidē fidem, ſi ſciens quatenus ſcit, fidit. Manifeſtū enim q̄m ſciā fides quędam erit. Eodem autē modo ⁊ in alijs huiuſmodi.**

⁋ Locuꝫ nobis tradit quo vtētes poterimus cōſtruere ⁊ ſecernere qd ſit in aliquo genere. Nā inquit oportere in habentia habitus, ⁊ ea quę dicunt̄ denominatiue ab ipſis hr̄ibus reſpicere, ⁊ ſi in illis denominatiuꝫ alicui appareret eſſe ſub aliqȯ genus aliud quo denominatū eſt aliqd, ⁊ id in quo ꝓpoſitū denominatū eſt dicere genus eē eius denominatiue a dicto genere. Hoc aūt ſic ſe habere per inductionē ꝑſuadet. Nam qꝛ muſicū quatenus

muſicū denominatū in muſica ſciens eſt, ⁊ ſciens denominatū ſcia eſt, ⁊ muſica a qua muſicū denominatū eſt ſcia erit, q ab eadē denominatum ſciens eſt genus muſici. Rurſus q ſm ambulationē ambulare dictum eſt ⁊ exiſtens eius denominatū mouet, ⁊ eſt rurſus moueri denominatiuū et ab ipſo motu, erit etiam ambulationis ⁊ ſub motu. His itaq ſic ſe habētibus inqt oportere qui volumus cōſtruere ⁊ oſtēdere quid ſit genus alicuius ad habētia ipſum ⁊ denominata ab ipſo ſm dictū modum procedētes ⁊ oſtēdentes alterū ſub altero, ſic oſtēdemus ⁊ propoſiti genus eſſe propoſitū, vt ipſe adiecit ſi voluerimus oſtēdere genus ſcientię eſſe fidē videndū eſt ⁊ oſtendendū q ſciens quatenus ſunt credit. Nā ſi hoc, patet qđ etiam ſcia eſt fides, ⁊ ſi voluptate fruens quatenus voluptate fruit in bono eſt, ⁊ voluptas bonū erit, ⁊ ſi audiens ſentit, ⁊ auditus erit ſenſus. Vnde contextus hic [Quoniā aūt videt muſicum qua muſicū eſt ſciens eſſe, ⁊ muſica quędā ſcia eſt] erit apertior ſi ſic ſe haberet. Quoniā autē videt ppterea qđ muſicum qua muſicum eſt, muſica ſcientia eſſe.

¶ Inſuper qm̄ qđ ſequitur aliquid ſemper/ ⁊ non cōuertitur, difficile eſt ſeparare ab eo, qđ eſt genus/ ſi hoc quidem illud ſequit oē/ illud ꝟo hoc non oē: vt tranqllitatē quies, ⁊ numerū diuiſibile, ecōuerſo aūt/ non. Nā diuiſibile non oē numerus, neq quies omnis/ tranqllitas: ipſo quidē eſt vtendū, vt genere, qđ eſt ſemper cōſequens, cum non cōuertatur alterum. Cum vel enim alterū ſe extendit non in omnibus, obſequendum. Inſtantia autē huius, qm̄ non ens ſequitur omne/ qđ fit. (Nam qđ fit/ non eſt) ⁊ non cōuertitur. (Non enim omne quod non eſt, fit) attamen nō eſt genus non ens eius/ quod fit. Simpliciter enī non ſunt entis ſpecies. De genere igitur (quēadmodum dictum eſt) tranſeundum.

¶ Quoniā genus ſequit ſpēm ⁊ non cōuertit, nam ſi hō animal, non tñ ſi animal hō, inquit oportere in qbus talis ordo, vt alterū/ alterū ſeqtur, ſed minime ⁊ cōuertendo alterū/ alterū ſequi, accipere aliud vt ſpēm ⁊ aliud vt genus, nam videt pbabile eſſe, nam q ſerenitatē ſequitur quies, ⁊ quietē minime ſerenitas. Itē ſequit numerū diuiſibile, ſed diuiſibile non numerus, videt ſerenitatis genus eſſe quies ⁊ numeri diuiſibile. Ipſe igit inquit vt in probabili oportere hoc loco vti in prędicta illatione ad cōſtructionē gnis. Si aūt aliqs alius vteret ipſo nō cōcederet, vt in oībus ſic ſe habere, nam ſunt quędā quę cōſequitur ⁊ non cōuertunt, non tñ ⁊ genera ſunt horū quę ſic cōſequūtur. Et oſtēdit hoc in exēplo, nam factū ſeqtur non ens. Nam nihil q fit iam eſt ⁊ non cōuertit, quippe minime non ens ſeqtur factū, non enī ſi aliqd non eſt, hoc fit, nam tragelaphus non eſt ens, ſed nō fit, ideo ſi ⁊ non ens ſeqtur factū, tñ factum non ſeqtur non ens. Sed non eſt facti non ens genus, ⁊ ppter qđ non eſt ipſius genus oſtēdit, nam nō entis nō poſſunt ſpecies eſſe, nā de nullo non ens in quid eſt prędicatur, quippe ob id neq de priuatione. Et vlr ſpecies in exiſtētia eſt, ſed nō ens non exiſtit. Quō igitur dicet genus eſſe nō exiſtens eius q exiſtit. Nam genus debet exiſtere.

¶ ALEXANDRI APHRODISEI in quintum librum Topicorum commentarium. Gulielmo Dorotheo Veneto interprete.

QVONAM pacto arguēdū ſit ad propriū, ⁊ quot modis ppriū, q quadruplicter, ⁊ quid vnūqđq ⁊ quę ſit horū inter ſe differētia dicturus eſt. Proinde cum aſſignaſſet nobis in libro ante hūc .i. in quarto tractationis topicorū locos quibus poſſibile eſt arguere ad pblemata generis conſtructiuę ⁊ deſtructiuę hinc migrat ad pblemata ppriū atq tradit qūo ad hęc arguendū ſit. Et primo ſumit quot modis propriū, q quadruplicter, ⁊ qđ vnūqđq, ⁊ quę ſit horū inter ſe dn̄a. Et merito ꝑordinati fuerant loci ad problemata generis q̃ loci ad ppria, ⁊ loci ad ppria q̃ ipſi ad diffinitiua, q p eos locos quibus oſtēdimus q hoc huius gnis eſt per eoſdē oſtēdimꝰ q aſſumptū genus in diffinitione eſt genus diffinitionis ⁊ per deſtruentes locos rurſus oſtendentes non eſſe genus aſſumptū deſtruētes oſtendimus quod neq diffiniti eſt genus. Vnde locos ad generica pblemata prius ordinauit ante problemata ppriorum, quia generica problemata ſunt ſubſtātialia, ſed propria ſunt aduenientia ſubſtātię, ⁊ honorabiliora ſunt ſubalia his quę aduenīūt ſubſtantijs. Rurſus locos de pblematibus ppriorum ꝑordinauit his ad diffinita, qa loci de pblematibus propriorū vtiles ſunt nobis etiam quo ad cognoſcēda pblemata diffinitiua, nā qbus locis oſtendimus q hoc non eſt ppriū huius p eoſdē oſtendimus q neq diffinitio hꝰ eſt huius. Oſtēdimus autē q nō eſt hoc huius ppriū ſi apertius fuerit aſſignatū ppriū ſubiecti cui aſſignaret, ceu ſi quis aſſignabit ppriū ignis ſimilē eſſe alę magis ſcituſ ſubiectū q̃ aſſignatū ppriū, vel ſi ęquiuocas voces hēt, vt ppriū animę moueri motu ſm rōnem. Nā motus eſt vox ęquoca, vel ſi nō cōuerteret aſſignatum propriū ad ſubiectū, ceu ſi aſſignaret bipes ppriū hōis, ſꝫ nō eſt ppriū, nā ſi erit ppriū cōuertit ⁊ dicebat, vt homo bipes, ſic bipes hō. Simlr igit ⁊ in diffinitionibus, nam decens eſt apriorē eſſe diffinitionē diffiniti, nā ſi occultior eſſet non foret diffinitio, vel ſi nō cōuerteret diffinitio cū diffinito, vel ſi diſſō ꝯtineret ęquiuocas voces.

VTrum autē propriū an nō propriū eſt/ qđ dictū eſt, per hęc conſiderandū. Aſſignatur autē propriū aut per ſe, ⁊ ſemper aut ad aliud/ ⁊ aliqñ. Per ſe quidē/ vt hominis/ aīal manſuetū natura. Ad aliud autē, vt animę ad corpus, qm̄ illa imperare nata, hoc autē parere. Semper autē, vt dei animal immortale. Aliqñ ꝟo/ vt alicuius hominis ambulare in gymnaſio. Sunt autē ppriū, qđ ad alterū aſſignatū eſt, aut duo problemata, aut quatuor. Si enī de hoc quidē aſſigna

tum

tū quippiā fuerit, de illo vero negatū id ipſuȝ: duo dūtaxat ꝓblemata fiunt, quēadmodum hoīs ad equū propriū eſt, qm̄ bipes eſt. Naȝ ꝛ qm̄ homo, non bipes eſt, argumentabitur quiſpiā, ꝛ qm̄ equus bipes. Utrinqȝ vtiqȝ remouet̄ ꝓpriū. Sin vero de vtroqȝ vtrūqȝ aſſignatū fuerit, ꝛ de vtroqȝ negatū, quatuor ꝓblemata erunt, vt hoīs propriū ad equuȝ, qm̄ ille quidē bipes, hic aūt quadrupes eſt. naȝ ꝛ qm̄ homo nō bipes eſt, ꝛ qm̄ eſſe quadrupes natus eſt, argumentari eſt, ꝛ quoniam equus bipes, ꝛ qm̄ non quadrupes, poſſibile eſt argumentari. Quolibet igitur modo oſtenſo, interimitur, quod propoſitum eſt.

SCIENDVM ꝙ in plus eſt hoc ſemꝑ ꝙȝ per ſe, nā per ſe propriū ꝛ ſemꝑ eſt, nō tamē ſemꝑ proꝛſus ꝛ per ſe, nam per ſe ab omnibus ſeparat cuȝ ſoli ipſi inſit, ſed plura inſunt ſemper aliquibus quę non ſolis ipſis inſunt. Similiter ꝛ ad aliud propriuȝ eſt in plus ad aliud, ꝙȝ aliquādo, nā ad aliud proprium, vel in cūctis ꝛ ſemꝑ, vel in pluribus nō vt pleruqȝ ꝑ hęc ꝛ ſemꝑ eſt in plus eo ad aliud. Item differt ꝓpriū ꝑ ſe a ꝓprio ad aliud, qa ꝓpriuȝ per ſe ab oībus ſeparat, ſed propriuȝ ad aliud nō ab oībus per ſe omnino ſeiūgit eo ꝙ ſoli inſit. Itē propriū ſemꝑ alicui ineſſe dicit̄, non qa ꝛ ſoli, ſed neqȝ qa ſeparat ipm̄ ab aliquo, velut ꝓpriuȝ ad aliud, ſed ꝓpter ſe ſolum, qa ſemꝑ ineſt, ideo nihil vetat ipm̄ eſſe plurium ꝓprium ſm̄ hoc ſignificatum ꝓprij, vt virtus ad ſciam, qa virtus in pluribus potētijs aīę fit. Et eniȝ in paſſiuo ꝛ in rationali, ſȝ ſcia in ſolo rōnali. Adiecit [natura] qa videtur domeſticuȝ manſuetūqȝ ineſſe ēt animalibus irrōnalibus, ſed ipſis natura nō ineſt, ſed ex aſſuetudine ꝛ educatione, etiam ambus ineſt māſuetuȝ eſſe, ſed non oībus. At oībus hoībus, ideo etiam dicit̄ natura his ineſſe, vnde per ſe ꝓpriuȝ dicit̄ ꝙ etiaȝ ꝓprie eſt ꝓprium, vt in qnque vocibus aſſignatum eſt ꝙ ſoli, omni, ꝛ ſemper ineſt, vel ſemꝑ ineſt, ſed nō ſoli vt deo immoꝛtale ſemꝑ ei ineſt hoc, ſed nō ſoli, quia etiā angeli ꝛ aīę immoꝛtales, ſed ad alteruȝ ꝓprium, vt ſi qs diceret ꝓprium hoīs eſſe bipedē nā ad quadrupedē dicit̄ bipes. Item animę ꝓpriuȝ aſſignat̄ imperare vt ad alteruȝ, qa ad coꝛpus, nam dominat̄ ꝛ imperat aīa, ac mouet coꝛpus, ſed coꝛpus miniſtrat motionibus ꝛ impetui aīę. Itē ambulare in gymnaſio ꝓpriuȝ dicetur alicuius hoīs, ſȝ aliquādo. vȝ. ſm̄ id tempus quo ambulat qppe nō ſemꝑ ambulat, ſed ad alterum ꝓpriuȝ aſſignatū duo ꝓblemata facit ſi de hoc affirmatur vt de hoīe bipes, ꝛ de h. vȝ. equo negatur. Eteniȝ ſi qs nitetur oſtēdere ꝙ homo nō eſt bipes, hoc erit vnuȝ ꝓblema. Deſtruit̄ autem tale ꝓprium vtroqȝ modo. vȝ. ſiue aliqs oſtendet hoīem quadrupedē, ſiue equuȝ bipedē. Gratia auteȝ exempli, ꝛ ad inſinuationē huius quomō ſint duo ꝓblemata ex ꝓprio ad alterū tale exēplum ſumptū ſit, nā impoſſe eſt oſtēdere ꝙ hō ſit quadrupes, vel equus bipes. Quatuoꝛ aūt ꝓblemata fiunt a tali proprio, hoc. ſ. quadrupes, vt qa homo bipes, ꝛ equus quadrupes, ꝛ ſi vtrūqȝ ab vtroqȝ negaretur, vt homo non bipes, equus nō quadrupes, nam ſiue aliqs diceret homo nō bipes eſt, ſiue homo quadrupes eſt, vnuȝ erit ꝓblema deſtruens hoīem bipedē eē ſimiliter ꝛ ſi diceret equus non eſt qdrupes vel bipes eſt, nā etiā ꝑ hunc ille negat̄, qa equus quadrupes eſt.

¶ Eſt autem per ſe quidem ꝓpriuȝ, quod ad omnia aſſignatur, ꝛ ab omni ſeparat. Quemadmodū hominis aīal moꝛtale diſciplinę ſuſceptiuuȝ. Ad aliud autem, qđ non ab omni, ſed ab aliquo ſtatuto determinat. Ut virtutis ad diſciplinam. Quoniā illa quidē in pluribus, hęc autē in rationali ſolo, ꝛ in habentibus rationeȝ nata eſt fieri. Semper autē, qđ ſm̄ omne tēpus verificatur, ꝛ nunqȝ relinqtur. Quēadmodum aīalis ex animo, ꝛ coꝛpore compoſituȝ eſſe. Aliquādo vero, qđ ſm̄ aliquod tempus verificatur, ꝛ nō ex neceſſitate ſemper conſequitur, vt alicuius hominis de ambulare in foꝛo.

¶ Diffinit per ſe ꝓpriuȝ, ꝛ inqt, per ſe ꝛ ꝓprie ꝓprium eſt ꝙ aſſignatum eſt ad oīa. vȝ. ꝙ competit oībus particularibus hoībus reductis ſub hoīe, ꝛ poteſt ſeparare hominem ab omnibus alijs aīalibus, ſed propriuȝ ad alterum eſt ꝙ nō poteſt ſeparari ꝛ diffinire ſecernereqȝ ſpeciem ab oībus alijs, ſed a qbuſdaȝ oꝛdinans ꝛ diffiniens, ceu bipes ſeparat hoīem ab oībus quadrupedibus, ſed nō ab auibus [vt virtutis ad diſciplinaȝ,] nam virtus in pluribus ſpeculatur, ꝛ in nālibus ꝛ artificialibus ꝛ non in alqbus determinatis dicit̄. Naȝ hoīs virtus eſt agere ſm̄ mētem, ſed equi ipm̄ bene currere, ꝛ domus phibere ibꝛes, ꝛ ꝓcellas ac ęſtus, ꝛ ſedilis ſcāniqȝ aptitudō ad quieſcēdum, ꝛ ſciētia in oꝛdinans ꝛ diffiniens rōnalibus conſideratur ſolis. vȝ. in hoībus, ſed virtutē ꝛ ſcientiam accepit, nō vt propꝛia, ſed ad demōſtrationem huius qualia cōſiderantur in definitis, ꝛ qualia non, vt virtus ad ſciētiam, quia virtus in pluribus, eteni in paſſiuo ꝛ rōnali, ꝛ ſcientia in ſolo rationali.

¶ Eſt auteȝ ad aliud propꝛiuȝ aſſignare, differentiaȝ dicere, aut in oībus, ꝛ ſemper, aut vt pleruqȝ, ꝛ in plurimis. Ut in oībus quidem ꝛ ſemper, quēadmoduȝ hominis ꝓpriuȝ ad equuȝ, quoniā bipes. Naȝ homo qdē ꝛ omnis, ꝛ ſemper eſt bipes, equus autem nullus eſt bipes, ꝛ nunqȝ. Ut pleruqȝ vero, ꝛ in plurimis, quēadmoduȝ rationalis ꝓpriuȝ eſt imperare ad concupiſcibile, ꝛ iraſcibile. eo qđ illud quideȝ imperat, hęc auteȝ parent. Neqȝ enim rōnale ſemper imperat, ſed quādoqȝ illi imperatur. Neqȝ concupiſcibili, ꝛ iraſcibili ſemper imperatur, ſed etiam imperāt quādoqȝ, cum fuerit flagitioſa anima hominis.

¶ Propriū ad aliud inqt, vel in oībus cōſideratur ꝛ ſemper vt bipes exiſtēs differētia in omnibus hoībus conſideratur ꝛ ſemꝑ, vel vt pleruqȝ ꝛ in pluribus, vt imperare ꝓpriuȝ eſt rōnalis, ſed non ſemꝑ ineſt ei, ſed in bonis hoībus rōnale imperat iraſcibili ꝛ cōcupiſcibili, ꝛ ipſas ab irrōnali īpetu remouatur, ꝛ hę ipſis adminiſtrāt ꝛ ſeruiunt, ſed in veſanis ꝛ prauis aīabus ꝯtrarium fit, hę pōne imperant rōnali ꝛ ipſa ſubdita fit eis.

¶ Propriorum autē/ea maxime logica ſunt, q̄ per ſe, ⁊ ſemper, ⁊ quę ad alterum. Nam eius quidem, qđ ad alterum eſt ꝓprium plura problemata ſunt quēadmodum diximus ⁊ prius. Siquidem aut duo aut quatuor ex neceſſitate fiunt ꝓblemata. Plures igit̄ orationes fiunt ad hęc. qđ autem per ſe, ⁊ ſemper eſt, ad multa eſt argumētari, ⁊ ad plura tempora obſeruare. Qđ per ſe quidem ad multa, quoniā ad vnūquodq; eorum, quę ſunt, cui oportet in eē proprium. Quare ſi non ab omni ſeparat, nō erit bene aſſignatum proprium.

¶ Logica ꝓblemata dicit quę ſuppeditāt plures rōnes ⁊ plura argumēta ⁊ fortia, ſunt autem hęc per ſe ⁊ ſemꝑ, ⁊ hęc ad aliud. Nam inq̄t. ad alterū ꝓpriū q̄tuor efficit ꝓblemata, hoc. ſ. per ſe ⁊ ſemꝑ ad plura eſt arguere. Et. n. opꝫ accipere receptiuū ſciētię, ⁊ opꝫ hoc ꝓprio ſeparare hoīem ab vnoquoq; exiſtentium, ceu a boue, equo, ⁊ alijs diſſimilibus, nā ſic ſeparātes hoīem ab oībus diſſimilibus faciamus plura argumēta, vt ſciētię capax proprium per ſe hoīs eſt, reliquū neq; equo eſt ꝓpriū, neq; boui, neq; alij talium, ſed quadrupes. Propria igit̄ ad alterum duo ⁊ quatuor ꝓblemata (vt dixi) efficiētia plura argumenta ad vnūquodq; ipſoꝝ trahunt. ſed illud ꝑ ſe ⁊ ꝓprie ꝓprium, ⁊ hoc logicū eſt, q̄a pōt ex ipſo etiā argumēta fieri ad plura. vꝫ. plura argumēta accipi. Naꝫ qui cōſtruit riſibile eſſe ꝓpriū per ſe hoīs oſtēdit ipm̄ cōuerti ⁊ ſoli omni ac ſemꝑ ineſſe, ⁊ ſemꝑ ꝓpriū qui ꝓbat ⁊ cōſtruit ad plura tēpora. vꝫ. ad p̄teritum pñs, ⁊ futurum obſeruabit ⁊ dabit operā, vt ex eiſdem accipiat argumēta, ceu ſi quis dicat deū imortalem eē, ⁊ ꝓpriū deo eſſe, oſtendet ipm̄ eſſe imortalē tempore p̄terito, pręſenti ⁊ futuro. Naꝫ ſi nō competit hoc deo ſm̄ aliquod horum temporꝫ deſtruit̄, vt etiā per ſe ꝓprium opꝫ ſeparare ſpēm, cuius eſt ꝓpriū in vnoquoq; entiū, ſi autē non minime erit per ſe ꝓpriū. Opꝫ autē cognoſcere q̄ ſemꝑ ꝓpriū plus eſt ipſo per ſe, nā omne per ſe ⁊ proprie propriū eſt etiā ſemꝑ vt ſciētię capax, nō tamē ſemꝑ propriū, eſt etiaꝫ per ſe, naꝫ bipes eſt ſemꝑ inexiſtēs hoī, ſed non per ſe ⁊ ꝓprie, q̄a etiam cōpetit auibus, cęterū illđ aliquādo ꝓpriū nō dicit̄ logicū ꝓblema, q̄a nō arguit̄ ad plures rōnes, nā a ſolo tēpore habemus arguere ad conſtructionem ⁊ deſtructionem horū, quatenus dicimus nunc idem ineſſe, vt in ſenectute caneſcere hominē conſtruemus, ſi etiam tempore ſenectutis omnes caneſcere oſtenderimus.

¶ Qđ autem ſemper, ad plura tēpora eſt obſeruare, ⁊ ſi non ineſt, ⁊ ſi non infuerit, ⁊ ſi nō inerit, non erit ꝓprium. Qđ vero aliquādo, nō ad alia q̄ ad illud, qđ nunc dicitur tēpus, cōſideramus. Non igitur ſunt orationes ad ipſum plures. Logicum vero hoc eſt ꝓblema, ad quod orationes fiunt vtiq;, ⁊ crebrę, ⁊ bonę. Ad alterum igitur proprium dictum.

¶ Semꝑ propriū (inq̄t) plura argumēta ſuppeditat obſeruanti ⁊ inſpicienti ad oīa tempora, naꝫ videndū eſt ſi ſedere nūc inſit Socrati, vel nō inerat, vel nō inerit, q̄re ſedere nō eſt ꝓpriū Socrati, ſed in ꝓprio aliquādo non ſunt plures rōnes, nec plura argumēta, q̄a in ſolo nūc tēpore conſideramus ipm̄, ⁊ ſi eſt Socrati nunc ſedere, ēt eſt ꝓprium ei, ſi autē non eſt nūc, neq; ꝓprium eius erit, nam de p̄terito, futuro ipm̄ aliquādo cōſideramus itē ad nūc, nam ad hoc tēpus in quo ipſum ineſt dicitur aliquando proprium, ſed non bene abundat ſi ab vno aliquo tempore fiat argumentum.

¶ Ex his, quę ſunt de accidente locis, inſpiciendum eſt, ſi huic quidem accidit, illi vero nō. De his autem, quę ſemper, ⁊ quę per ſe, per hęc conſiderandum.

¶ Etenim ꝓpriū ad alterū vel eſt inexiſtētium ſemper ⁊ omni, ⁊ aſſignat locos ad hoc, vel eſt de numero eorū quę vt in pluribus ⁊ nō ſemꝑ ⁊ palam ſunt hęc ſic inexiſtētia aliq̄bus accidentibus, nā dixit etiā in p̄mo q̄ accidētia ſępe ꝓpria fiunt ad aliquid. Opꝫ igitur in his conſideraſſe ⁊ accipere argumēta ex q̄bus diximus locis de accidente. Vt enim albū qui ꝓbat accidere corpori ex B q̄ alicui ineſt, ⁊ alicui non ineſt ſic etiaꝫ ad alteꝝ ꝓpriū, non ſemꝑ autē ineſſe ꝓbabit ex hoc, q̄a quibuſdā aiabꝰ ineſt, ⁊ q̄buſdam nō ineſt, quare ijdem loci vtiles ſunt ⁊ ad ꝓblemata ſm̄ accidens, ⁊ ad ꝓpria ⁊ aliquando propria, ſed in dicendis locis conſiderandum inq̄t cōſtruere hęc per ſe propria ⁊ quę ſemper.

¶ Primum quidem ſi bene aſſignatum eſt ꝓprium an non bene. Eius autem qđ eſt bene, aut non bene, eſt vnum quidem.

¶ Primū locū exponit deſtructiuū oſtendentē ꝓpriū nō per notiores ⁊ aptiores rōnes aſſignatū, nam ꝓpriū gratia cognitionis ⁊ diſciplinę rebus aſſignatum eſt, vt etiā diffinitio ad ꝓbationē ⁊ cognitionē diffiniti, ſi ergo inueniens aſſignatū alicuius ꝓprium quomō cognoſcemus ſpēm, cuius eſt ꝓpriū, ceu ſi q̄s aſſignaret propriū ignis ſimilitudinē eius cū anima occultius ignis ꝓpriū aſſignauit aſſerendo ſimilitudinē ad aīam, nam magis cognoſcimus naturam ignis q̄ animam.

¶ Si non per notiora, aut per notiora poſitū eſt proprium. Deſtruenti quidem, ſi non ꝑ notiora, conſtruenti vero ſi per notiora. Eius autem, qđ non per notiora, eſt hoc quidem, ſi omnino ignotius poſitum eſt ꝓpriū, quod aſſignauit, illo cuius proprium dixit. Non enim erit bene poſitum ꝓpriū. Siquidem propter notitiam ꝓprium facimus, diſcendi enim cauſa ⁊ ꝓprium ⁊ definitiones facimus. Per notiora igitur accipiēdum. Sic enim magis erit ſufficienter cognoſcere, vtputa, q̄ ponit ignis proprium eſſe ſimillimum animę, ignotiore q̄ ignis ſit, vtitur anima. Magis eīn ſcimus quid eſt ignis q̄ quid aīa. Nō igit̄ erit bn̄ poſitum ꝓprium ignis ſimillimum animę.

¶ Illud nō per notiora in duo diuidit, vel vliter ignotiꝰ eſſe traditū propriū eius cuius eſt ꝓpriū, vel q̄a ⁊ ambobus exiſtētibus notis nō eſſe notius ꝓprium cuius eſt ꝓprium. Opꝫ igit̄ magis nō ſolum notius eſſe ꝓprium rei cuius eſt ꝓpriū, ſed etiā q̄ huic ineſt notius ineſſe, nam q̄ non ſcit ſi hoc huic inſit, neq; ſi huic ſoli ineſt cognoſcit, nam opꝫ cōſtruētem per notiora ſm̄ vtrūq; mo

doꝝ aſſignationē ꝓprij facere eo ꝙ ipſa re notius eſt ꝓprii ⁊ exiſtētia eius. Nam ſi aliqd hoꝝ deeſt, eſt occulta aſſignatio, verū addēdo hoc nō eſt bene poſitū ꝓpriuꝫ, huius additionis cauſaꝫ aſſignauit, naꝫ dicēdo cōſtruētium locoꝝ ꝓprium de hoc bene aſſignari, alij bene ſimpliciter cōſtruunt de qbus poſterius mētionem faciet, ⁊ alij bene ſm hoc. Naꝫ qui oſtēdit habere aliqd hoc ſm hoc bene habere ꝓpoſitū demōſtrauit, ⁊ ſi non oīno bene ſe habuerit, igit̄ aſſignandū eſt (inqt) ꝓpriuꝫ ꝑ notiora, nam ſic bene magis intelligeret̄ ſubiectuꝫ, nā ſi aſſignaretur ignis ꝓpriū eſſe ſimili numeri indiuiduo ſphęrico, non erit bene aſſignatum, nam magis patet qd eſt ignis ꝙ̄ hoc quid eſt ſphęrica athomus.

¶ Aliud autem, ſi non notius eſt hoc huic ineſſe. Oportet enim nō ſolū notius eſſe re, ſed huic ineſſe notius eſſe. Nā qui nō ſcit, ſi huic ineſt, neqꝫ ſi illi ſoli ineſt, cognoſcet.

¶ Scdm locuꝫ ⁊ hūc deſtructiuū exponit dicēs ſi nō fuerit notum hoc ꝙ huic ineſt .i. ſi ambigitur aſſignatum ꝓpriuꝫ habere exiſtētiaꝫ in h̄ ſubīo, vt ſiqs poneret ignis ꝓprium eſſe hoc in quo ṗmo nata eſt eē anima, nā ambigit ſi anima ineſt in calido inſito innatoqꝫ. Naꝫ alij aſſignarūt eſſe aīam in ſpiritu, ⁊ alij in corde, q̄re nō bene ſe habēs eſt aſſignatuꝫ ꝓprium. Opꝫ igit̄ nō ſolū notius eſſe ꝓpriuꝫ ſubiecto, ſed etiā ꝙ notius ⁊ nō dubitatuꝫ ſit id qḋ ineſt huic .i. qa hꝫ exiſtētiam in hoc ſubīo. Nam q non ſcit ſi prorſus riſibile ineſt hoī, neqꝫ ſi huic homini ſoli ⁊ omni ſemꝑ ⁊ primo inſit, ſciet. nam ꝓprie ꝓprium ſic adeſt ei cuius eſt ꝓpriuꝫ. Igit̄ inqt ꝓbaturū ꝓpriū opꝫ conſiderare ſi notius ⁊ euidētius ipſuꝫ aſſignaretur, ⁊ ſi ſm vtrūqꝫ dictoꝝ modoꝝ .i. hūc neqꝫ ſimplr ignotum aſſignatū ꝓpriuꝫ eſſe, neqꝫ notuꝫ, ſed nō notius ſubīa re de qua ꝓpriuꝫ aſſignaret̄, nam ſi non ambigit ꝙ hoc ꝓpriū ineſt ſubīo, ⁊ ſi per plana ⁊ nota, ſiue noīa, ſiue orationes aſſignaret̄, planū eſt ꝙ bene aſſignatū eſt, nā loci conſtructiui huius aſſignari bene ꝓpriuꝫ, alij qdem ipſum hoc ſolū bene aſſignari ꝓpriuꝫ ꝯſtruunt, nā hoc indicat ſm hoc ſolū, alij autē oſtēdēt ꝙ ſimplr bene. Simpliciter autē. inqt pro vniuerſalr ⁊ ꝓprie, quos etiaꝫ eſt aſſignaturus poſt hęc, ⁊ hic autēꝫ per exēplum ꝙ expoſuit, planū efficit dictuꝫ. Nō eniꝫ inqt, is qui aſſignat ꝓpriuꝫ aīalis habere ſenſuꝫ, bene aſſignauit ⁊ ſm vtrūqꝫ dictoꝝ modoꝝ .i. ꝙ etiam per notiora ⁊ euidētiora, ⁊ ꝙ non ambigitur ſenſitiuum ineſſe animali.

¶ Quare cum quoduis horum acciderit, obſcurum ſit ꝓprium. Ut quia qui ponit ignis propriuꝫ, in quo primo aīa nata eſt eſſe, ignotiore vtitur ꝙ̄ ſit ignis. Eo qa ignotius eſt, ſi in hoc eſt aīa, ⁊ ſi in hoc primo eſt. Non erit itaqꝫ bene poſitum ꝓpriuꝫ ignis, in quo primo anima nata eſt eſſe. Conſtruenti autem, ſi per notiora poſitum eſt ꝓprium, ⁊ ſi per notiora ſm vtrūqꝫ modum.

¶ Ideſt ſiue ꝓpriuꝫ eſt occultuꝫ, ſiue nō perſpicuuꝫ eſt ꝙ ineſt ſpēi cuius ꝓprium aſſignatur, ineuidēter ⁊ non bene aſſignatuꝫ ꝓpriuꝫ aſſignatur, vt qui ponit ꝓpriū ignis in quo ṗmo anima nata eſt eſſe nō bene aſſignauit propriuꝫ ſm ambos modos, qa occultū eſt, nam aīa ignotior eſt igne, ⁊ ꝙ nō perſpicua eſt exiſtētia eius. Nam occultuꝫ eſt ſi ṗmo ineſt igni animę, ſed manifeſtādus eſt de hoc ſermo, equidē ignē dicunt ipm eſſe qui poſuit eē ipm innatuꝫ calorē cuius inquiunt eē aīam vehiculum, nam in hoc apparet ⁊ eidem ineſt ⁊ ſine ipſo neqt aliqd agere, nam frigidū eſt mortiferuꝫ ⁊ efficiens imobilitatem, nam motrix ⁊ altrix anima, atqꝫ alię poſitiōe eius per innatuꝫ calorē vti per inſtrumētum qḋdam animalis nutritionem ⁊ digeſtionem ac motus ⁊ auctiones ⁊ alias operationes perficiunt.

¶ Erit enim bene ſm hoc ꝓpoſituꝫ ꝓprium. nam conſtructiuoꝝ locorū eius, quod bene, alij quidem ſm hoc ſolum, alij autem ſimpliciter mōſtrabūt, quoniā bene. vt quia qui dixit aīalis proprium ſenſuꝫ habere, per notiora ⁊ notius aſſignauit proprium ſm vtrūqꝫ modum, erit vtiqꝫ bene aſſignatum ſm hoc animalis proprium ſenſum habere.

¶ Recte addit ſm hoc. vꝫ. qa ſm hos modos quatenus manifeſtuꝫ eſt ꝓpriuꝫ, ⁊ perſpicua eſt huius exiſtētia bene aſſignatuꝫ eſt, ſed ſm alios modos forte .i. ſi non cōuertitur, ⁊ ſi nō ſoli, omni, ⁊ ſemꝑ ineſt nō bene dicet̄ aſſignatuꝫ, nā cōſtructiuū locoꝝ huius aſſignari bene proprii, alij ſm hoc ſolū conſtruūt ipm bene aſſignatū. vꝫ. ſm manifeſtū ⁊ notum eſſe ꝓpriū, ⁊ ſm perſpicuum eē eius exiſtētiaꝫ, ſed ſm alios modos. vꝫ. conuertere, ⁊ h̄ ſoli omni ⁊ ſemꝑ ineſſe forte nō oſtendūt bene aſſignatum, alij autē ſimplr oſtēdent. vꝫ. ſm oēm modum quo ſtabiliunt proprium bene aſſignatum.

¶ Deinde deſtruenti quideꝫ, ſi aliquod nominum, quę in ꝓprio ſunt aſſignata, multiplr dicitur, vel etiā tota oratio plura ſignificat. Nō enim erit bene poſituꝫ ꝓprium, vt qm̄ ſentire multa ſignificat, vnuꝫ qdem ſenſum habere, alteruꝫ autē ſenſu vti, non erit aīalis propriū bene poſitū, qḋ natū eſt ſentire. Quapropter non vtendū eſt, neqꝫ nomine, qḋ multipliciter dicit̄, neqꝫ oratio ꝓpriū ſignificante, q̄ plura ſignificet, quia qḋ multipliciter dicitur, obſcurum facit, qḋ dictum eſt, dubitante eo, qui debet argumentari quidnaꝫ dicit eorum, quę multipliciter dicūtur. nam proprium diſcendi gratia aſſignetur.

¶ Si autē alicubi voluerimus deſtruere ꝓpriū vt nō bene poſituꝫ, cōſiderabimus ſi ꝓpriuꝫ per ęquiuocam dictionē eſt aſſignatuꝫ, vt qa ſenſum habere eſt vox ęquiuoca, nā patet ꝙ dicit̄ potētia ⁊ actu. Eteni dormiēs videtur ſenſum habere, ſed potētia, ⁊ nō actu, quē vigilās actu habet, vnde ſi ſenſuꝫ habere vt ꝓprium aſſignatū fuerit, efficiet occultationem ob ęquiuocationem, naꝫ immanifeſtū eſt de quo ſignificato accepit ſenſuꝫ habere, an de eo ꝙ eſt in potētia, an de eo ꝙ in actu. Merito autem adiecit hoc, [vel etiā tota oratio] nam nō ſolum inuenitur in ęquiuocis vocibus ipm multiplr dici, ſed etiaꝫ in orōnib⁹ quę ęquiuocatio ambiguitas appellatur vt in hac, faciat iupiter me vna diſſolui, nam pōt ⁊ per orōnē propriuꝫ aſſignari, ceu per hanc ſciētię capax. Opꝫ igit̄ (inqt) videre ſi per ęquiocā vocem eſſignatuꝫ ſit ꝓpriū, vel per orationem efficiētem amphibologiam, ⁊ ſic deſtruere ⁊ oſtēdere nō bene aſſignatū eſſe ꝓprium.

¶ Inſuper autē ad hęc neceſſarium eſt redargutionē aliquā fieri his.q ſic aſſignāt ꝓprium. quādo in diſſidente quiſpiam conficiet ſyllogiſmum de eo,qđ multipliciter dicitur.

¶ Inſuper(inqt)ad hęc occaſiones elēchi pbet tales aſſignatio,nam qa non ſm omnia ſignificata dici multipliciter ꝓprium ſignificat,op3 trāſſerētes nomē vel orationem in ſignificātibus aliqd aliud ꝛ nō aſſignatum ꝓprium deſtruere ipm vt non ꝓprium.Eſt autē elenchus hoc.ſ.deducere reſpōdentē ſecū3 diſputātem in ꝯdictionem,nam in aſſignatione ꝓprij per ęquocas dictiones, vt eſt habere ſenſu3 forſitā.Eqdē3 reſpōdēs accepit ipſ in potētia,vt per hoc ꝛ dormientē dicere ſenſum habere,ſed qui interrogat ꝛ facit ſyllm non de ſignificato in potētia redargueret hoc,ſed qa cū diſſonet ꝛ differat id qđ eſt in potētia ab eo ꝙ in actu,ꝛ rōcinat ꝙ dormiens non agit ſm ſenſum,qđ autem nō ſm hunc ſenſu3 agit non videt,igiť dormiēs nō videt,qūo igiť tu dicis dormientem ſentire,nam ſi ſentiebat ꝛ videbat.

¶ Conſtruenti autem, ſi non plura ſignificat, neq3 noiu3 quippiam,neq3 tota oratio. Erit enim ſm hoc bene poſitum proprium,vt qa neq3 corpus plura ſignificat, neq3 mobiliſſimum in ſuperiorem locum,neq3 totū quod ex his compoſitum eſt,erit bene poſitum ſm hoc ignis proprium, corpus mobiliſſimū in ſuperiorem locum.

¶ Sunt enī qdam quę per ſe dicta nō plura ſignt,ſed cōpoſita cu3 alijs minime,vt Theophraſtus inqt in eo libro de eo ꝙ multiplr diciť,nam ſcire lr̄as aggregatum amphiboliū ambiguūq3 eſt,ꝛ ſi neutrū nomē ſit ęquocū per ſe.Item Dionē Platonē verberare,nam noia ſimplicia,ſed oratio ex ipſis cōpoſita eſt ambigua.Rurſus in hac aqla volat,canis latrat noia qdē3 ęquoca, ſ3 orationes ſimplices.Hic etiā adiecit illud ſm hoc,qa etia3 cōtingit vt ꝓprium alicuius aſſigneť cū nō ſit ꝓpriū ſine amphibologia vel ęquiuocatione,ꝛ ſm aliud quoddā peccatū eum qui aſſignat ꝓprium peccare,quare nō oino ꝓprium ꝙ nō hoꝝ aliqd habet,ſed quātū ſm hoc ſana eſt aſſignatio.Per quas aūt cauſas nō imanifeſtū eſt ex dictis prius.Eteni3 ſi occultū dictū eo ꝙ nō eſt notū de aliquo ſignificatoꝝ ab ęquiuoco ꝓprium aſſignat,ēt occaſionē deſtructionis facit ſi aliqd aliud ſignificatoꝝ a nomine de quo nō eſt aſſignatu3 ꝓprium ꝯtractās de ipſo efficeret elēchu3,ceu qa ſcire hoc plura ſignat,na3 ſcire duo ſignat,vel ipm habere ſciam,vel ſciam ipſius eſſe,ꝛ vtrūq3 duplr,vel ſm habitū,vel ſm ꝑparationē3 itaq3 opus eſt cōſtruenti(inqt)cōſiderare ſi aſſignatum propriu3 nō per ęquoca3 voce3 aſſignaretur,nec p orationem multiplr dictā,vt ſi qs poneret ignis ꝓpriū eſſe corpus bene mutabiliſſimū ad ſupmum locū,na3 neq3 ipſ corpus per ſe,neq3 bene mobiliſſimū ad ſupiorē locum plura ſignat,ſed neq3 totū.i.ex his cōpoſitū.v3.ipſa oratio per quam aſſignatum eſt proprium.

¶ Deinde deſtruenti quidem,ſi multipliciter dicitur illud,cuius propriu3 aſſignať,non determinatur aute3,cuius eorū ponatur ꝓpriū. Non enim bene erit aſſignatum ꝓprium. ob quas autem cauſas non imanifeſtū eſt ex his quę prius dicta ſunt. Na3 eadem accidere neceſſariu3 eſt. vt qa ſcire hoc plura ſignificat, vnu3 enim ſcientia3 habere hoc, alteru3 autē ſciētia vti hoc,aliud ꝟo ſciētiam eſſe huius, aliud aute3 ſciētia vti huius:nō erit eius,qđ eſt ſcire hoc,bene aſſignatu3 propriu3 vllu3, non determinato,cuius horu3 poniť ꝓpriū. Conſtruenti ꝟo,ſi non dicitur multipliciter hoc cuius ꝓpriu3 ponitur,ſed eſt vnū,ꝛ ſimplex. Erit eni3 bene poſitu3 ſm hoc propriū, vt quia homo ſimpliciter diciť,erit bene poſitu3 ſm hoc hoīs propriu3,animal manſuetu3 natura. Deinde deſtruenti quidem,ſi frequenter dictu3 eſt ide3 in proprio. Sępe enī latent hoc facientes ꝛ in proprijs,quēadmodu3 ꝛ in terminis. Non erit aute3 bene poſitu3 qđ hoc ſuſtinet, propriu3. Conturbat.n. audiente3,qđ frequenter dicitur. Obſcuru3 igiť neceſſe eſt fieri,ꝛ ad hęc,nugari videnť.

¶ Rurſus inqt oportere deſtruentē3 cōſiderare ſi multipliciter diciť ſubiectū cuius ꝓpriū aſſignatur,ꝛ nō determinatu3 eſt de quali ſignificato ſubiecti cuius aſſignatur ꝓpriu3,na3 ſic aſſignatu3 nō bene aſſignatur,ſed ob quas cauſas nō erit bene aſſignatum ꝓpriū,ꝛ ipſe(vt inqt)dixit paulo ante,nos autē ſufficiēter annotauimus.Nā eodem eidē accidere abſurda neceſſariū eſt quę etiam in priorib⁹ acciderant.Accipit igiť ad exēplu3 ſcire hoc vt ſubiectu3 ꝙ ſignat plura,na3 ſignat ꝙ ipm h3 ſciam,ꝛ hoc ſciētiam eius eē.i.ſcibile eſſe ipm actu,nō op3 igitur ſcire de ſubiecto tentare ꝓprium eius aſſignare priuſq3 determineť de quo ſignato ab ipſo qritur aſſignari ꝓpriū, ſi autem ſubiectu3 non ſignat plura,ſed vnu3,vt homo hic oportet eius proprium aſſignare.

¶ Eueniet aute3 frequenter ide3 dicere duobus modis,vno quidē,quando noīauerit frequenter idē. vt ſi quis pro priū aſſignet ignis, corpus tenuiſſimu3 corporu3. Hic enim frequenter dixit corpus. Secūdo aute3 ſi qs aſſumat orationes pro noib⁹,vt ſi quis reddat terrę propriu3/ſubſtātia3/quę maxie corporu3 ſm natura3 fertur in inferiore3 locū. Deinde aſſumat pro corporibus/hmōi ſubſtantias. Vnu3 eni3 ꝛ idē eſt corpus,ꝛ hmōi ſubſtantia.erit ergo hoc modo ſubſtātia freqnēter dicta. Quare neutru3 erit bene poſitū ꝓpriū. Conſtruenti ꝟo,ſi nullo vtitur frequēter nomine eode3. Erit eni3 ſm hoc bene aſſignatu3 ꝓprium,vt qa qui dixit hoīs ꝓprium, animal diſciplinę ſuſceptiuum/non vſus eſt frequenter eodem nomine,erit vtiq3 ſm hoc bene aſſignatum hominis proprium.

¶ Scđm duos modos,inqt euenire ſępe aſſignari ide3 ꝓprium ſm vnū quidē ſiquis ipm nomen bis vel ter acciperet in aſſignatione ꝓprij ide3 nomen ſępe,ceu ſi ignis propriū aliquis aſſignaret dicēdo corp⁹ tenuiſſimū co

porum, nam bis accepit corpus, ſed ſm alterū q̄ quādo pro noībus rōnem aſſignaret, vt ſi qs diceret terrę proprium eſſe hoc, vt ſit ſuba maxime ſm naturaꝫ nata corporuꝫ ad inferiorē locum. Nam ſi qs hic trāſumeret nomen corpoꝝ, ad rōnem ipſoꝝ quę eſt ſubſtātiarū taliū, ideſt earum quatripliciter diſtant ꝛ diuiſiles ſunt. Nam quatuor elemēta triſaria diuiſilia diſtantiaq̄ʒ ſunt, illud ſubſtātia, ſępe accepit cum q̄tuor ſint elementa, planuꝫ eſt q̄ terra continet locum infimum.

❡ Deinde deſtruēti quidem, ſi tale aliquod aſſignauit in ꝑprio nomē, qđ omnib⁹ ineſt. inutile eniꝫ erit, qđ non ſeparat ab aliquib⁹. Qđ autem in ꝑprijs dicitur, ſeparare oportet, quēadmodum, ꝛ quę in terminis. non igitur erit bene poſitum ꝑprium. vt qa qui poſuit ſcientię ꝑprium opiniones indiſſolubileꝫ a ratiōe vnuꝫ exiſtēs, tali aliquo vſus eſt i ꝑprio (vno inquam) qđ omnibus ineſt, non erit vtiq̄ʒ bene poſitum ſciētię ꝑprium. Aſtruenti autem, ſi nullo vſus eſt cōmuni, ſed qđ ab aliquo ſeparat, erit bene poſituꝫ ſm hoc ꝑpriuꝫ, vt qa qui dixit aīalis proprium aīam habere, nullo vſus eſt cōicris ſm hoc bene poſitum ꝑpriuꝫ animalis, animam habere.

❡ Si vteretur aliqs pro ꝑprio nomine cōi, ꝛ eo q̄ cūctis cōuenit non bene (inqt) aſſignauit ꝑprium, nā propriuꝫ illi ſoli ſubiecto opꝫ adeſſe cuius eſt ꝑprium ꝛ ſeparare ipm ab oībus diſſimilibus ſpē, vt etiam ea quę in diffinitionibus aſſumūtur, ceu ſi dixero q̄ homo aīal eſt, ſeparo ipm ab his quę ſunt diuerſoꝝ generuꝫ reductoꝝ, vel ad quantitateꝫ, vel ad qualitatē, vel ad qđdam aliud ꝑdicamētum ꝑter ſubſtātiam, non tamē ſeparo ipm ꝛ ab ipſis ſimilibus genere, vt bos ab equo, vel ab aliquo reliquoꝝ. Rurſus ſi dixero ꝑpriuꝫ animalis eſſe aīatū cōmune aſſignaui ꝑpriuꝫ apparēs etiam plātis, vel dicens ſcientię ꝑprium eſſe opinioneꝫ indiſſolubilē poſt rōneꝫ vnum exiſtēs. Naꝫ is vtitur vno q̄ oībus ineſt reb⁹, vel enim gñe dicitur vnum, vt bos, ꝛ equus, homo, vel ſpē vnuꝫ. vt Socrates ꝛ Plato, vel numero vt vnitas, vel ſ aliqd indiuiduū, vel vnuꝫ ſm cōtinuationē vt totus mūdus, quare nō bene ſm hoc aſſignatū eſt ꝑpriū, nam ꝑprium gr̄a cognitionis rei accipitur cuius dicit̄ eſſe proprium, ꝛ opꝫ ſeparare ſpēm cuius eſt ꝑpriuꝫ ab alijs ſpeciebus, vt etiaꝫ diffinitio. Ens autē ꝛ vnum tāq̄ʒ quę oīa exiſtētia cōſequūtur non ſeparāt ſpēm ab aliqbus ſiquidem acciperet aliqd hoꝝ in aſſignato ꝑprio. At dicere animalis ꝑpriuꝫ habere aīam videtur eſſe error ſcripturę. Non enim ignorauit Phs non eſſe ꝑprium aīalis habere aīam, nam hoc etiam plātis cōpetit, ſed magis dꝫ ſic iacere cōtextus aīalis ꝑpriū eſt eē ſenſitiuuꝫ ꝑſertim cum competat ſenſitiuum ſoli animali.

❡ Deinde deſtruenti quideꝫ, ſi plura propria aſſignat eiuſdem non determinās, quoniam plura ponit. Non eniꝫ erit bene poſitum propriuꝫ. Nam quemadmoduꝫ nec in terminis opꝫ ꝑter eaꝫ (quę indicat ſubſtātiam) orationem adiūgere quippiaꝫ pluſculum, ſic nec in proprijs ꝑter eam (quę facit proprium, qđ dicituꝫ eſt) orationeꝫ quicq̄ʒ aſſignandū. Inutile enim ſit eiuſmodi, vt qa qui dixit propriuꝫ ignis tenuiſſimuꝫ, ꝛ leuiſſimū, plura aſſignauit ꝑpria (vtrūq̄ʒ enim de ſolo igne veruꝫ eſt dicere) non erit bene poſitum ꝑprium ignis corpus ſubtiliſſimuꝫ ꝛ leuiſſimum. Aſtruenti ꝟo, ſi non plura eiuſdeꝫ propria aſſignauit. Sed vnuꝫ. erit ſm hoc bene poſitū propriū, vt quia qui dixit humidi proprium corpus, quod in omnem figuram ducitur, vnum aſſignauit propriuꝫ, ꝛ non plura, erit ſm hoc bene poſitum huiuſmodi proprium.

❡ Inqt, ſi quis plura aſſignauit ꝑpria eiuſdem non determinans q̄ plura aſſignauit, peccat, ideo etiaꝫ deſtruet̄, naꝫ vt in diffinitionibus opꝫ non plura accipere pręter rōnem ſignificātem ſubam, vt homo eſt animal rōnale mortale mētis capax ꝛ ſciētię latiūgue, recto inceſſu ꝑceſſiuuꝫ, ſic neq̄ʒ in ꝑprijs opꝫ plura ꝑpria aſſignari pręter vnum nomē ſignās ꝑprium, vel orōnem faciētēꝫ ꝑprium, ceu ſi qs diceret ignis ꝑprium eſſe tenuiſſimuꝫ ꝛ leuiſſimuꝫ. Vnum eniꝫ duoꝝ vel tenuiſſimū, vel leuiſſimum ſuperfluuꝫ ꝛ inutile eſt. Vel rurſus qui dicit aq̄ʒ eſt corpus humidū alieno termino bene terminabile, vnū propriū aſſignauit corpus humidū, ꝛ alteruꝫ alieno termino bene terminabile, naꝫ aqua in ꝑprio loco indeterminata eſt ꝛ diffunditur, ſed in alieno loco circūſcribit̄ vt in ciatho vel aliquo alio, nā qui aſſignat plura videt̄ ignorare q̄ plura aſſignauit, ſi autē aſſignauerit ꝑpriuꝫ eſſe humidū duci in oēm figuraꝫ bene faciebat aſſignationem ꝑprij, nam ſi inijceretur in rotūdo rotūdum fieret etiam ipſum, ſimiliter etiam ſi in aliam figuram quacunq̄ʒ poneretur.

❡ Deinde deſtruenti qđem, ſi eodeꝫ vſus eſt, cuius ꝑprium aſſignauit, aut aliquo coꝝ, quę ſunt illius. Non enim erit bene poſitū ꝑpriū, nam diſcendi gratia aſſignatur propriū, ideꝫ autem eideꝫ ſimiliter ignotuꝫ eſt, id auteꝫ qđ aliquid corū eſt, quę ſunt eius, poſterius eſt. Non igitur eſt notius. Quare non ſit, vt per hęc quiſpiaꝫ magis q̄ppiam diſcat, vt qa qui dixit animalis ꝑprium, ſubſtātiam, cuius ſpecies eſt homo, aliquo vſus eſt corū, quę ſunt animalis, non erit bene poſitum ꝑprium. Cōſtruenti auteꝫ ſi neq̄ʒ eodem, neq̄ʒ coruꝫ, quę ſunt ipſius aliquo, vtitur. Erit eniꝫ bene ſm hoc ꝑprium poſituꝫ. Vt qa qui poſuit aīalis proprium, ex anima ꝛ corpore compoſitū eē, neq̄ʒ eodem, neq̄ʒ eorum, quę ſunt ipſius aliquo vtitur, erit vtiq̄ʒ bene ſm hoc aſſignatuꝫ animalis proprium.

❡ Inqt. rurſus deſtruētem opꝫ conſiderare ſi eodeꝫ vtit̄ ſubiecto cuius eſt aſſignatuꝫ ꝑprium vt hoīs ꝑpriū mentis ꝛ ſcientię capax, ſi autē aliquis aſſignauerit hoīs propriuꝫ eſſe aīal rōnale ipſum ſubiectuꝫ accepit in ꝑprio ꝛ eſt ipſum ignotuꝫ, ꝛ q̄ſitum ſimilit̄ ſubiecto, ſed ꝑpriuꝫ non debet ignotuꝫ eē. Nā gratia cognitionis ſuba ſumptum

eſt, ſimilr ꝛ ſi ſumeretur aliqd poſterius his q̄ ſunt ſubiecti .i. poſterius genitū velut ꝑprium eius non bene aſſignatū eſt ꝑpriū, nam poſteriora a primis ꝑſuadent̄ vt credant̄, non tñ prima a poſterioribus, ſi ergo acceperimus aliqd ſubto poſterius, vt ꝑpriū eius nō erit notius ſic ꝑprium. Nō enī ſi fieret nobis ſubtū per hoc ꝑpriū notum, nam qui dicit ꝑpriū aīalis ſubam cuius ſpēs homo eſt, peccauit accipiendo aliqd animalis, nā pars animalis eſt hō ꝛ poſterius genitus eo. Si autem neq̧ ipſo ſubto vtitur in ꝑprio, neq̧ nulla parte eiuſdē ſubti bene aſſignaretur ꝑpriū, vt ſi qs aſſignaret ꝑpriū aīalis eſſe hoc cōſtare anima ꝛ corpore bene aſſignaret̄. Sꝫ eſt inſtantia huius, nam aīa ꝛ corpus aliqd aīalis vtrūq̧ eſt, quare nō erit bene aſſignatū ꝑpriū. Soluitur inſtātia ſic, qa ꝛ ſi ſunt partes aīalis anima ꝛ corpus, tñ non ſunt poſterius genita ipſo aīali, ſed ſimul, neq̧ enī pōt intelligi animal niſi vna intelligamus aīam ꝛ corpus, eodeꝫ quoq̧ modo ꝛ in reliqs, naꝫ quę nō efficiunt ꝑpriū notū ad deſtructioneꝫ eius ſumēduꝫ eſt. Item efficiētia ad cōſtructionem, nam ſi accepta in ꝑprio efficiunt ꝑpriū notius re cuius eſt proprium bene aſſignatū eſt propriū, ſi aūt non faciūt ꝑpriū notius nō bene aſſignatū eſt.

**℃ Eodem auteꝫ modo, ꝛ in aliīs conſiderandum eſt, quę non faciunt, vel faciunt notius, deſtruenti quidē, ſi aliquo vſus eſt, aut oppoſito, aut oīno ſimul natura, aut poſteriore aliquo. Non enim erit bene poſitū ꝑpriū. Nā oppoſitum ſimul natura, qđ autem ſimul natura, ꝛ poſterius, non efficit notius. Ut quia qui dixit boni propriū, qđ malo maxime opponitur, oppoſito eſt vſus boni, nō erit profecto bene aſſignatū boni proprium.**

℃ Inqt. ſi aliquo oppoſito ꝑprio aliquis vteretur in aſſignationē proprij nō bene facit aſſignationeꝫ ꝑprij, nam oppoſita ſimul ſunt natura. Quę xō ſunt ſimul natura, vel poſteriora nō faciūt ſubtū notius, ob id propriū aſſignatū alicuius opꝫ eſſe natura prius ꝛ notius, vt etiam ſubiectū efficiat notiū, ceu qui ponit ꝑpriū boni ꝯtrium malo oppoſitū accepit in aſſignationem proprij ꝛ ob id peccat. Nā oportebat idē accipere pri⁹ natura ꝛ notius in aſſignationē proprij. Similr ꝛ ſi acciperet ꝑpriū poſterius natura exiſtēs ſubto, vt ſi qs diceret hoīs proprium mentē ꝛ ſciam ſuſcipere, vel in ſenectute caneſcere, naꝫ hęc ſunt hoīe poſteriora, ſimul autē natura nō ſoluꝫ oppoſita ſunt ſm contrarioꝝ oppōnem, ſed etiam ſm oppoſitionem eoꝝ ad aliqd. Nā in oppōne ꝯdictoria ꝛ ea ſm habituꝫ ꝛ priuationē, aliud primū, ꝛ aliud 2ᵐ ē. Naꝫ

Dubium. affirmatio eſt prior negatiōe, ꝛ habit⁹ ꝑuatiōe. ℃ Quęreret autē aliqs in his quę ſunt ad aliqd, an per oppoſita in his diffinitionis aſſignatio etiā proprij fit, nam his eē

Solutio. idem eſt huic ad aliqd aliquo mō ſe habere. ℃ Vel adhibenda eſt mens his hic veluti dictis ꝓbabilibus, bene autem adiecit, aut oīno ſimul natura, qa ēt ea ex eodeꝫ genere contradiuiſa ſimul natura ſunt.

**℃ Conſtruenti autē, ſi nullo vſus eſt, neq̧ oppoſito, neq̧ oīno ſimul natura, neq̧ poſteriore. Erit enim ſm hoc bene aſſignatū ꝑpriū. Ut qa qui poſuit diſciplinę ꝑpriū, opinionē maxime facientē fidē, nullo vſus eſt, neq̧ oppoſito, neq̧ oīno ſimul nā, neq̧ poſteriore, erit ſm hoc bene poſitū diſciplinę ꝑpriū.**

℃ Vnde ſumēda ſunt ꝑpria ſi non ex his quę ſimul natura, neq̧ ex poſterioribus, neq̧ ex prioribus, vt non fiat ex poſterioribus nō cognitione, ſed re diffinitio.

**℃ Deinde deſtruenti qdem, ſi non qđ ſemper ſequitur, ꝑpriū aſſignauit, ſed id, qđ fit quādoq̧ non propriū. non enī erit bene dictū proprium. Naꝫ neq̧ in quo comꝑhēdimus ineſſe ipſum, de hoc ꝛ nomē ex neceſſitate verificatur, neq̧ in quo comꝑhendit̄ non ineē, de hoc ex neceſſitate nō dicet̄ nomē. Quare non erit bene poſitum proprium.**

℃ Seiūxit propriū ad aliud dictū ꝛ quādo ab ipſo ꝑprie proprio hic per ſe. vꝫ. ꝛ ipſo ſemꝑ, de quibus etiaꝫ locos aſſignauit. ſ. de aſſignato proprio bene ꝛ non bene. Talis igitur eſt ꝛ quē nunc exponit, ſi aſſignatū dicendo proprium nō ſemꝑ ſeqretur rem, cuius aſſignatū eſt ꝑpriū, ſed aliquādo qdem ineſt, ꝛ aliquādo non. Naꝫ tale accidens eſt ꝛ non propriū, verū pro hoc dicere ꝙ ſit aliqñ non inexiſtēs dixit ꝙ eſt quādoq̧ nō proprium, nā tale neq̧ quādo ineſt propriū eſt, qa non ꝯuertit̄ cū eo cui⁹ eſt propriū, neq̧ enīꝫ cui ineſt aſſumitur ſic aſſignatū propriū de hoc ꝛ nomē ex neceſſitate verificatur de re, cuius eſt aſſignatū vt proprium, qa ꝛ alijs ineſt, neq̧ cui nō aſſumitur ineſſe de hoc ex neceſſitate nō dicetur nomen rei, nam cōtingit cui nō ineſt eidē ineſſe, ſed in proprijs in qbus ꝑpriū alicuius vere ꝛ nomē oīno, ꝛ in quibus nō ſic ineſt ꝑpriū, neq̧ nomē rei cuius eſt ꝑprium, ꝛ merito, ſiqdem propriū ſoli illi ineſt cuius eſt ꝑprium. Addit dictis ꝙ ſi tale eſt aſſignatū propriū, vt aliqñ inſit rei, ꝛ aliqñ non, neq̧ quādo aſſignatū alicui manifeſtū erit, ſi tunc ineſt ei, ſiqdem tale eſt, vt aliquādo relinquat ipm ꝛ ſeparetur ab eodeꝫ, ꝛ aliqñ inſit eidēꝫ, quare, nō manifeſtuꝫ eſt, neq̧ euidens, ſi cōtingit idem ꝛ nō ineſſe aliquādo, illud autē ꝙ non ineſt alicui quādo nō ineſt, tunc dici ipm propriū abſurdiſſimū eſt, naꝫ aliqñ proprium, ipſe poſt additionē huius [quādoq̧] dicit [ſimplr autē nō]. Hic autē locus ꝛ ſequētes nō ſolū, ſunt oſtēſiui quomodo accipiatur bene ꝛ non bene propriū, ſed etiā huius ſi proprium eſt vel non.

**℃ Inſuper autē ad hęc, neq̧ quādo quiſq̧ aſſignauerit propriū, erit manifeſtuꝫ ſi ineſt, ſi quidē tale eſt, vt qđ ipſum relinquere poſſit. Non igitur erit clarum eſſe propriū. Ut qa qui poſuit animalis proprium moueri quandoq̧, ꝛ ſtare, tale aſſignauit proprium, qđ eſt quādoq̧ non propriū, nequaq̄ erit bene poſitum ꝑprium. Aſtruenti xō, ſi qđ ex neceſſitate ſemper eſt, propriū aſſignauit. Erit enīꝫ bene poſitū ſm hoc proprium. Ut quia qui poſuit virtutis proprium, qđ habentem facit ſtudioſum, quod ſemper ſequitur, proprium aſſignauit, erit vtiq̧ ſm hoc bene aſſignatum virtutis proprium.**

℃ Inqt, inſuper ad hęc neq̧ quādo forte aliquis aſſignauit Socrati ꝑprium eſſe moueri, planuꝫ erit ꝙ ineſt Socrati

crati ambulare, non ſolum enim non eſt proprium, ſed etiam queritur ſi Socrati vniuerſalr ineſt, ſi quidem tale aſſignauit proprium, vt relinquere poſſit, proinde ꝙ contingit, ⁊ non ineſſe. Nam imanifeſtum eſt ſi Socrates ambulat, non igitur planum erit ⁊ notum propriuꝫ, ꝙ quidem fit, ⁊ non proprium aliquando animalis, nā contingit aliquādo ⁊ ſtare, hic aūt locus eſt ab extrinſ.

❡ Deinde deſtruēti qdē, ſi qḋ eſt nūc ꝓpriuꝫ aſſignās, nō determinauerit qm̄ nūc ꝓpriū aſſignat, nō eni erit bn̄ poſitū ꝓpriū. Primū qdē, qa qḋ ꝑter ↄſuetudinē ſit oē, ſemꝑ determinatione indiget. Solent aūt vt plurimum oēs / qḋ ſemꝑ ſeqtur / ꝓpriū aſſignare. Scḋo autē, qa imanifeſtus eſt / q nō determinauerit, ſi quod nunc eſt ꝓpriū / voluerit ponere. Nō igitur danda eſt increpatiōis occaſio. Ut qa qui poſuit alicuius hominis ꝓpriū / ſedere cum aliquo homine quod nūc ꝓpriuꝫ eſt / poſuit, non bene ꝓpriū aſſignabit, ſi non determinans dixerit, qm̄ nunc. Cōſtruenti auteꝫ ſi nunc ꝓpriuꝫ aſſignans / determinādo poſuit, qm̄ nunc ꝓpriū poſuerit. Erit eniꝫ bn̄ poſitum ſm hoc ꝓpriuꝫ. Ut qa q dixit cuiuſdam hoīs ꝓpriū ambulare nunc alicubi / diſtinguēs poſuit hoc, bene erit poſituꝫ ꝓpriuꝫ.

❡ Inquit, deinde conſiderandū eſt deſtruenti ſi aſſignatum proprium non ſemper eſt ꝓpriū, ſed nunc velut Socrati ſedere non ſemper eſt proprium, ſed nunc quādo ſedet, ſi ergo hoc aſſignans nō determinaret ⁊ manifeſtum fuit, vt nunc ꝓpriū hoc dicit non bene aſſignauit. Nam ſi adiecit illud [nunc] ſed abſolute dixit, videtur opinando hoc ſemper eſſe proprium Socratis, naꝫ conſueuimus ea quę ſemper inſunt aſſignare propria. Si auteꝫ pręter conſuetudinē non ſemper aſſignauit ineſſe proprium, ſed proprium vt nunc oportet tandem ipſum determinare ⁊ addere hoc [nunc] vt manifeſtuꝫ efficiat quando proprium aſſignauit ob id dedit hic occaſionem diſputanti increpare ⁊ accuſare ipſuꝫ, at opꝫ animaduertere ne occaſiones det increpationis.

❡ Deinde deſtruenti qdē ſi tale aſſignauit ꝓpriū, qḋ manifeſtuꝫ non eſt aliter ineſſe, ꝙ̄ ſenſu. Non enim erit bn̄ poſitū ꝓpriū. Nā oē ſenſibile extra ſenſuꝫ factū / imanifeſtū fit. Latēs eni eſt / ſi adhuc ineſt, eo qa ſenſu solū cognoſcit̄. Erit aūt verꝫ hoc in his, q̄ nō ex neceſſitate ſemꝑ cōſequunt̄. Ut qa q poſuit ſolis ꝓpriū / aſtrū, quod fert̄ ſuper terrā lucidiſſimū, tali vſus eſt in ꝓprio (ſuper terrā inquā ferri) qḋ ſenſu cognoſcit̄, non erit vtiqꝫ bn̄ ſolis aſſignatū ꝓpriū. Immanifeſtū eniꝫ erit, cū occidet ſol, ſi adhuc ferat̄ ſuꝑ terrā, eo quia nos tunc deſeruimus ſenſuꝫ. Cōſtruenti ꝟo ſi tale aſſignauit ꝓpriū, qḋ nō ſenſu eſt manifeſtū, aut cū ſit ſenſibile / ex neceſſitate ineſſe manifeſtū eſt. Erit enim ſm hoc bn̄ poſitum ꝓpriū. Ut qa qui poſuit ſuꝑficiei ꝓpriuꝫ, qḋ primū coloratū eſt, ſenſibili qdē aliquo vſus eſt (coloratum eſſe inquā) tali qdeꝫ, qḋ manifeſtum eſt ineſſe ſemper, erit ſm hoc bene aſſignatum ſuperficiei proprium.

❡ Et rurſus inquit, deſtruēteꝫ oportere ſi tale aſſignaretur ꝓpriū, ceu ſenſibile ens, non eſt aliter manifeſtum eſſe, vel per ſenſum non bene aſſignaretur. Nam omne ſenſibile vſquequo ſenſum ferit ſuſcipit eius ſenſus, ſed quando extra ſenſum fieret, immanifeſtum fit, ſi ergo extra ſenſum fieret ſubiectum immanifeſtum, ſi adhuc ineſt proprium, quia ſolum ſenſu cognoſcitur, vt ſi quis aſſignaret ſolis proprium eſſe, vt ſit aſtruꝫ diem illuminās. Hoc aūt nō ex neceſſitate ſeqtur ſolem, q̄re nō erit bene aſſignatū ꝓpriū ſm h, nā imanifeſtuꝫ erit tale proprū reuoluti ſolis ⁊ lati ſub terra, nā minime tunc eſt illuminans, quia ſenſus noſter non ꝑcipit ſoleꝫ ſub terra ferri. Nam quādo ſupra verticem hoium fereretur horum ſenſus perciperet, non bene igitur (inquit) aſſignari, ⁊ q̄cunqꝫ alia talia aſſignant quę aliter cognoſci non poſſunt ſi ineſt rei ꝙ̄ per ſenſum. Cauſa autem ꝙ ſenſibilia extra ſenſum facta immanifeſta ſint, ſiue inſunt, ſiue non, ſi autem erit proprium ꝙ ſemper ineſt rei cuius eſt proprium, hoc autem ſenſu ſolum notum ꝙ ineſt rei cuius proprium eſſe aſſignaretur immanifeſtuꝫ, ſiue ſemper ineſt rei, ſiue non, ſed hoc abſurdum, fit autem hoc in his quę non ſemper poſſibile eſt ſentire, naꝫ hoc ſolo ſenſu cognoſcitur, ⁊ in his conſequentibus nō ex neceſſitate ſemper in quibus immanifeſtum ⁊ dubium eſt ſi ex neceſſitate ſemper ſequitur rem. Nam ſi fuerit notum ex neceſſitate ipſum ſequi rem ſenſibile ⁊ aſſignatum non deſtruetur. Cęterum (inquit) cōſtruitur ſi tale aſſignauit proprium conſiderare ꝙ non ſenſui planum eſt, vel ꝙ non eſt ſenſile, vt hoc mentis et ſcientię capax hominum, vel riſibile, vel ꝙ ſenſile exiſtēs, ex neceſſitate autem ineſſe planum eſt ꝙ tale aſſignaretur, ceu ſi etiam ſenſus hoc percipit, ſed ex neceſſitate ſequitur ſubiectum, ceu qui ponit propriuꝫ ſuperficiei ꝙ primo coloratum eſt ſenſibili quodam vſus eſt proprio, ſuperficies .ideſt colorari. Tale autem eſt ꝓpriū quo vſus eſt, quia planum eſt ſemper ineſſe ſuperficiei, ⁊ quod ex neceſſitate ſenſus percipit. Primum autē dicitur ſuperficies colorari, quia ſuperficies cū ſit in omni corpore primum ſenſus percipit ipſam, ⁊ per ſuperficiē dicitur videri corpus.

❡ Deinde deſtruenti quidem, ſi terminuꝫ vt proprium aſſignauit. Non enim erit bene poſitum proprium, nam nō oportet indicare qḋ quid eſt eſſe / proprium. Ut quia qui dixit hominis ꝓpriū / animal greſſibile bipes, quod quid eſt eſſe ſignificās aſſignauit, hominis ꝓpriū, non vtiqꝫ erit hoc hominis ꝓpriū bene aſſignatum. Conſtruenti auteꝫ / ſi quod conuerſim quidem ꝑdicatur, aſſignauit proprium, non auteꝫ quod quid eſt eſſe indicās. Erit enim ſm hoc bene aſſignatum ꝓpriuꝫ, vt quia qui poſuit hoc ꝓpriū animal manſuetum natura, quod conuerſim quidem prędicatur aſſignauit proprium, non quod quid

eſt eſſe quidem indicans, erit ſm hoc bene aſſignatum proprium hominis.

¶ Rurſus ſi aſſignata eſt diffinitio pro proprio deſtruetur tale proprium, perinde ac non bene aſſignatum ſit. Non enim oportet proprium indicare quod quid erat eſſe, videlicet ſubſtantiam rei, ſed eſſe oportet ſubſtantiale, ceu ſi aſſignaretur propriū idē eſſe hoc vt ſit cauſa opificiorum ⁊ eorum quę ſunt in motu, ⁊ ſcientię ꝓprium eſt eſſe abiectionem ignorantię. Nam ſcientia cognitio eſt, ⁊ adhuc hominis animal pedeſtre bipes, nā in his omnibus tolleretur aſſignatum proprium ꝙ nō bene aſſignatum eſt. Non enim ſunt hęc propria, ſȝ diffinitionis quod quid erat eſſe ⁊ ſubſtantiam ſignificantes, nam diffinitiones ſubſtātiales ⁊ propria debent eē ſubſtantialia, ſi autem aſſignaretur proprium illud qđ viciſſim ſubiectum ⁊ prędicatum ſit atqȝ conuertit cū ſubiecto non ſignans hō ſubām bene aſſignatū eſt.

¶ Deinde deſtruēti qdem, ſi non in qđ quid eſt ponens aſſignauit ꝓpriū, opȝ enim in ꝓpriis, quēadmodū in terminis, primo aſſignari genus, deinde ſic iā addere reliqua, ⁊ ſeparare. Quare qđ nō hoc modo poſitū eſt ꝓprium, nō erit bene aſſignatum. Ut quia qui dixit animalis ꝓprium animam habere non poſuit in quod qd eſt animal, nō erit bene poſitum animalis ꝓprium, conſtruenti hō, ſi qs in quod quid eſt ponens eius, cuius ꝓprium aſſignauit, reliqua adiungit. Erit enim ſm h̄ bene aſſignatum ꝓpriū. Ut quia qui poſuit hominis ꝓprium, animal diſciplinę ſuſceptibile, in quod qd eſt ponens aſſignauit ꝓpriū, erit ſm hoc bene poſitum ꝓprium hominis. Utrum igitur bene, an non bene aſſignetur ꝓprium per hęc inſpiciendum.

¶ Vt in diffinitione accipimus genus, ſic etiā quādo ꝓprium alicuius aſſignamus, debemus ſubiectū ponere ⁊ reducere in qđ quid eſt. vȝ. in genus, ⁊ accipere quidē primū genus, ⁊ ſic rurſus reliqua proprij adaptare ⁊ ſeparare ab alijs. Nam debemus in ꝓprio talia accipere poſt genus potētia ſeparare ſubiectū ab omnibus alijs, q̄re ꝙ non ſic ſe habet proprium in quo profecto non aſſumptum eſt genus non bene aſſignatum eſſet. Nā qui ponit proprium animalis habere animā non reduxit animal in genus ipſius. Nam ſic debuit dicere ſubiectum animatā aptam natam eſſe. Si ergo propriū aſſignans primū ponens ⁊ reducens ſubiectum in quid eſt. vȝ. in genus ipſius, ⁊ poſt hęc copulauit generi proprium, vel propria bene aſſignauit vt aſſignans proprium hominis animal ſcientię capax eſſe, ſi autem non ſic fecerit, planum ꝙ non bene aſſignauit proprium.

¶ Utrum hō ꝓprium eſt omnino, quod dictum eſt, an non ꝓprium, ex his conſiderandum. Nam ſimplr cōſtruentes ꝓpriū, qm̄ bene poſitū eſt, loci idem erunt his, qui propriū omnino faciunt. In illis igitur dicentur.

¶ Loci ꝓbantes ꝙ pulchre aſſignatum ſit ꝓprium iā aſſignati ſunt, vt nō accipere ęquocas voces, ipſum ꝯuerti proprium aſſignatum cum ſubiecto, ⁊ aſſignari ꝑ notiora ſubito. Simul aūt his ⁊ deſtruētes quę non ſic ſunt aſſignata ꝓpria. vȝ. ſi per ęquocas voces ꝓferunt, ac nō ꝯuertunt cū ſubiecto, vel nō ꝑ notiora ſubito aſſignant ⁊ q̄cunqȝ alia ꝓdicti loci cōtinēt, nūc aūt ꝓponit dicere de ipſo ſimplr ⁊ proprie bene, nō enī omne ꝙ ab his alienatur, ⁊ nō hȝ ęquocas voces, vel aliqd dictoꝝ ⁊ ꝓpriū dicēdū eſt ex neceſſitate. Ingt aūt locos eos ſimplr. vȝ. ꝓprie oſtēdētes ꝙ ꝓpriū huius alicuius ſubiti bene aſſignatū eſt, ⁊ eoſdē ingt eē in his q ꝓbāt vliter ꝙ ꝓprium eſt aſſignatū. i. quos dixit, in illis igitur. vȝ. dicēdis oſtēdet hoc ita ſe hēe. Nam ꝓpriū alicuius aſſignat̄, qn̄ ſimpliciter ⁊ bene ⁊ ſine peccato aſſignaretur, vt bene oſtēdi nihil plus eſt q̄ oſtendi. Similiter ⁊ bene agere prudenter q̄ prudēter agere, ſic ēt bene aſſignatū ꝓpriū nihil plus hȝ q̄ ꝓprium, ideo in his q bene peccat, peccat etiam re. In illis igit̄ dicet̄ pro hoc in iſtis ſimiliter dicetur, nam ſimul ambo oſtendet.

¶ Primum ergo, deſtruenti quidem inſpiciendum ad vnūquodqȝ eoꝝ, cuius ꝓpriū aſſignauit. Ut ſi nulli ineſt, aut ſi non de hoc verificatur, aut ſi non eſt ꝓpriū, cuiuſqȝ eoꝝ ſm illud, cuius ꝓprium aſſignauit. Non enim erit proprium, qđ poſitū eſt eſſe propriū. Ut qa de geometra nō verificat̄ indeceptibilē eē ab oratione, nam decipitur geometra cū pſeudographiam facit, non erit hoc ſcientis ꝓpriū non decipi ab oratione. Conſtruenti autē, ſi de omni verificatur, ⁊ qua de hoc verificat̄. Erit enim proprium, qđ poſitum eſt eſſe proprium. vt quia animal diſciplinę ſuſceptiuū de omni hoīe verificatur, ⁊ qua hō erit hominis ꝓpriū aīal diſciplinę ſuſceptiuū. Eſt autem locus hic deſtruenti quidē, ſi non de quo nomen, ⁊ oratio verificatur. Et ſi nō de quo oratio, ⁊ nomen verificatur. Conſtruēti autem, ſi de quo nomen, ⁊ oratio, ⁊ ſi de quo oratio, ⁊ nomen prędicatur. Deinde deſtruenti quidem, ſi non de quo oratio, ⁊ nomē verificatur, ⁊ ſi non de quo nomen, ⁊ oratio verificatur. Non enim erit propriū, qđ poſitū eſt propriū. Ut qa animal qdem diſciplinę ſuſceptiuum verificatur de deo, homo autē non ꝓdicatur, non erit hominis propriū animal diſciplinę ſuſceptiuum. Conſtruēti aūt, ſi de quo oratio, ⁊ nomen prędicatur, ⁊ ſi de quo nomen, ⁊ oratio prędicatur. Erit enim proprium, quod poſitum eſt propriū, vt qa de quo animam habere, verificatur animal, ⁊ de quo animal, animā habere, erit animā habere animalis proprium.

¶ Primum locum aſſignat deſtructiuum huius aſſignatum alicuius ꝓprium non eſſe ꝓprium eiuſdem, qui ꝑcipitur inſpectione exemploꝝ, quorum ꝓpriū aſſignatur, nam ſi aſſignatū ꝓpriū alicuius nulli ipſoꝝ videretur

retur ineſſe, ſiue inſit omni, non tamē quatenus illi cui ſoli nō ineſt, ſiue non omnibus ineſt his ſub ipſo cuius aſſignatur proprium non eſt ꝓprium. Nam ſi alicui ipſorum ſub ipſo, cuius propriuꝫ aſſignatur non inſit ꝓpriū vel inexiſtēs non inſit, quatenus eſt in illo cuius ꝓpriuꝫ aſſignatur, non eſt proprium, ſed ſolum primi exemplū adiecit, ꝙ non eſt ꝓprium nulli ineſſe, cuius propriū aſſignatur, vt ſi quis (inquit) diceret proprium eſſe geometrę indeceptibilem eſſe ab oratione, nam nulli geometrę indeceptibile ineſt. Illud autem ſi non ſm hoc verificatur pro hoc ſi non ſoli ipſi ineſt, ſed etiaꝫ alijs ſpeciebus. Nam contingit aſſignatum propriū alicuius omni ineſſe ſpeciei illi, cuius aſſignatum eſt proprium, non tñ illi ſoli ineſſe, ſed etiam alijs ceu ſi quis hominis ꝓpriuꝫ aſſignauerit inceſſiuū, naꝫ omni homini ineſt inceſſiuū progreſſiuumq;, non tamen ſoli. Etenīꝫ ⁊ alia animalia incedentia ⁊ progreſſiua ſunt. Illud auteꝫ / vel ſi non eſt proprium vniuſcuiuſq; ipſorum ſm illud cuius ꝓpriuꝫ aſſignauit pro hoc ſi non eſt proprium per ſe, vt ſi quis aſſignaret hominis proprium, hoc eſſe ſubſtantiam animatam ſenſitiuam, nam hoc propriuꝫ homo non quatenus homo habet, ſed quatenus animal, ſed proprium per ſe, videlicet quatenus illud eſt, debet eſſe, aſſignatū, tamen geometrę indeceptibile non ineſt, quia decipitū geometra a deſcribente falſum, quando ipſe oſtēderet duo latera trianguli maiora eſſe vno, ⁊ aliquando vnū eſſe maiorem reliquis. Cęteruꝫ inquit conſtruentē opꝫ conſiderare ſi verificatur de omni, ⁊ ſm hoc verificatū, videlicet quatenus ſubtuꝫ quod ęquale eſt ſoli ineē, nā aliud ſi non de quo nomen ⁊ oratio verificatur, diceretū de nullo eorum, vel non omni inexiſtentium, ⁊ aliud ſi non de quo oratio ⁊ nomen de his quę in plus dicuntur. Nam ratio fit ſi cum genere erit proprium aſſignatum, igitur conſtruentem ⁊ oſtendentem bene aſſignari proprium, oportet etiaꝫ ſm ambo conſiderare, videlicet, ⁊ ſi de quo oratio ⁊ nomen prędicatur, ⁊ ſi de quo nomen ⁊ oratio verificatur. Eſt autem apertius dicere ſi non de quo nomē prędicatur, ⁊ oratio verificatur tale, vt ſi quis aſſignaret hominis proprium muſicum eē, deſtruetur vt non bene aſſignatum. Nam prędicatur de Socrate hoc nomen homo, ſed oratio proprij, videlicet muſicum eſſe non verificatur. Non enim erat Socrates muſicus, illud autem [ſi non de quo ⁊ nomen verificatur] ceu ſi quis hominis proprium hoc ſubſtantia animata ſenſitiua aſſignaret, oratio videlicet ſubſtātia animata ſenſitiua verificatur de boue ⁊ equo, ſed homo nullo pacto, ⁊ ſic deſtruetur non bene aſſignatum proprium. Conſtruet autem ſi de quo nomen prędicatur, ⁊ oratio verificatur, ceu ſi quis aſſignaret hominis proprium eſſe ſcientię capacem. Naꝫ de Socrate homo prędicatur, ⁊ oratio verificatur, videlicet mentis ⁊ ſciētię capax, ⁊ quia in hoc conuertitur nomen cum oratione, ⁊ oratio cum nomine ob id etiam hoc adiecit, videlicet [⁊ ſi de quo oratio ⁊ nomen prędicatur.]

Pro hoc lege ſecūdum Priorum.

¶ Deinde deſtruenti quidem, ſi ſubiectum ꝓprium aſſignauit eius, quod in ſubiecto eē dicitur. Non enim erit ꝓprium quod poſitum eſt eſſe ꝓpriuꝫ. Vt quia qui poſuit ꝓpriū ſubtiliſſimi corporis ignem, ſubiectuꝫ aſſignauit pdicati ꝓprium, non erit ignis corporis ſubtiliſſimi ꝓprium. Propter hoc vero non erit ſubiectum eius quod in ſubiecto eſſe dicitur, ꝓprium, quoniam idem eſſet plurium, ⁊ differentium ſpecie ꝓprium. Eidem enim plura quędam diſcrepantia ſpecie inſunt, de ſolo dicta, quoꝝ erit omnium ꝓpriuꝫ, qđ ſubiectum eſt, ſi quis, hunc in modum ponat proprium. Conſtruenti vero, ſi quod in ſubiecto eſt, aſſignauit ꝓprium ſubiecti. Erit enim ꝓprium, qđ poſitum eſt non eſſe ꝓprium, ſi quidem de ſolo pdicatur (vt dictum eſt) ꝓpriū. vt quia qui dixit terrę ꝓprium / corpus grauiſſimum, ſpeciei ſubiecti aſſignauit ꝓpriuꝫ, quod de ſola dicitur re, ⁊ vt proprium pdicatur, erit terrę ꝓprium recte poſitum.

¶ Non oportet (inquit) ſubiectum proprium aſſignari eius ꝙ eſt in ſubiecto, nam proprium oportet vt ſit in altero ⁊ non alterum in ipſo, quia idem proprium eſt de pluribus ⁊ differentibus numero. Nam ſi quis diceret ignem eſſe proprium corporis tenuiſſimi ſubtiliſſimiq; cur non etiaꝫ leuiſſimi, calidiſſimi, combuſtiſſimi ⁊ omnium ſimpliciter ſic inexiſtentium eideꝫ, ⁊ ſic erit de pluribus ⁊ differentibus ſpecie idem proprium. At oportet vt differentium ſpecie ſint differentia propria, ſi qs igitur ignem omnium horum propriū poneret non bene aſſignaret proprium. Si autem aliquis ſubiecti propriū poneret in ſubiecto, ⁊ eſt tale proprium ſoli ipſi ſubiecto inexiſtens bene aſſignaret proprium, ceu ſi qs corpus grauiſſimum ſpēi aſſignauit ſubiecti, videlicet terrę bene aſſignauit proprium, quia etiam de ſola terra dicitur ⁊ conuertitur cum ea. Nam hoc indicaret ⁊ vt proprium prędicatur, ſi ergo dicente aliquo non eſſe h̄ propriū terrę bene ꝯſtruet ſm huius loci aſſignatiōeꝫ.

¶ Deinde deſtruenti quidem, ſi ſm participationem aſſignauit ꝓprium. Non enim erit ꝓprium, quod poſitum eſt eſſe ꝓprium. Nam quod ſm participationeꝫ ineſt, in quod quid erat eſſe conducit. Erit auteꝫ huiuſmodi differentia quędam de aliqua ſpecie dicta. Vt quia qui dixit hominis ꝓprium / greſſibile bipes. Secūdum participationem aſſignauit proprium non erit vtiq; ꝓprium hominis greſſibile bipes. Conſtruenti autē, ſi non ſm participationem aſſignauit ꝓprium, neq; quod quid erat eſſe indicans conuerſiꝫ pdicata re. Erit enim proprium / quod poſitum eſt eſſe ꝓprium. Vt quia qui poſuit aīalis ꝓprium, quod natuꝫ eſt ſentire, neq; ſm participationem aſſignauit ꝓprium, neqꝫ qđ qđ erat eſſe indicans, conuerſim re pdicata, erit vtiqꝫ qđ ſentire natum eſt / animalis proprium.

¶ Rurſus ſi quis aſſignabit vt ꝓprium ſm participationem aduenientem alicui, qa tale differētia eſt ſubſtantialr inexiſtens ſubiecto, ⁊ confert ad eſſe ⁊ ad diffinitionem ſignificantem ſubſtantiam ſubiecti, non erit propriū ſic aſſignatum, ſed differentia ſubſtantialis. Nā ſi ⁊ ſubſtan

tialis differentia vni ſoli ſpeciei ineſt,ſed ꝗ confert ad rationem eius eſſe,non erit differentia ꝓpꝛium,ſi ergo aliquis hominis ꝓpꝛiū aſſignauit pedeſtre bipes,quia ſubſtantiā hominis hoc indicat,nō eſt hoīs hoc ꝓpꝛiū, ſi autem aſſignauit proprium non ſm̄ participationē,⁊ non ſubſtantialiter alicui ineꝛiſtens bene aſſignauit,nā tale non quod quid erat eſſe,⁊ ſubſtantiam indicat,ſed etiam viciſſim ſubijcitur ⁊ pꝛędicatur,atqꝫ conuertitur cum ſubiecto,vt ſi quis diceret proprium animalis ſentire aptum natum.Si ergo ponitur hoc pꝛoprium eſſe animalis,ꝗ non ſm̄ participationem ineſt,vꝫ.ꝗ non eſt differentia ſubſtantialis animalis,neqꝫ ſubſtantiam eius indicat.Etenim viciſſim ſubijcitur ⁊ pꝛędicatur ac conuertitur cum ipſo,quia ſi aliquid animal,etiam ſenſitiuum eſt,⁊ ſi ſenſitiuum etiam animal,erit reliquum bene aſſignatum genus.

¶ Deinde deſtruēti qdem,ſi nō ꝯtingit ſimul ineē ꝓpꝛiū,ſed vel poſterius,vel pꝛius ꝙ nomen,cuius eſt. Nō eni erit ꝓpꝛiuꝫ qđ poſituꝫ eſt eē ꝓpꝛiuꝫ,aut nūꝙ,aut nō ſemꝑ. Vt qm̄ cōtingit alicui pꝛius foꝛe,⁊ poſterius ambulare per foꝝ,ꝙ qđ homo,nō erit ambulare ꝑ foꝝ hoīs ꝓpꝛium,aut nunꝙ,aut nō ſemper. Cōſtruenti autēꝫ,ſi ſimul ex neceſſitate ſemper ineſt,cum neqꝫ terminus,neqꝫ differentia ſit. Erit eni ꝓpꝛiū,qđ poſitū eſt foꝛſitā nō eſſe ꝓpꝛiuꝫ,vt ꝗ aīal diſciplinę ſuſceptiuum ſimul ex neceſſitate ſemper eſt,⁊ id,quod eſt hō,cum neqꝫ differētia ſit,nec terminus,erit aīal diſciplinę ſuſceptiuum hoīs ꝓpꝛium.

¶ Non pꝛopꝛium ꝓpꝛ pꝛius,vel poſterius eſſe ſubiecto opꝫ,ſed ſimul ex neceſſitate ineſt ⁊ ſemꝑ,nam propꝛiuꝫ neqꝫ diffinitio eſt,neqꝫ differētia quę ſunt natura pꝛiora ſubīo,ſed ſimul ineſt ei,cuius eſt ꝓpꝛiū ⁊ ſemꝑ. Si ergo aſſignatum ꝓpꝛiū alicuius nō ſimul fuerit ipſi,ſꝫ vel pꝛius anteꝙ res ſit,ineſt,vel poſterius iam illo exiſtente,⁊ ſi nomen verificatur,⁊ de ipſo non eſt proprium aſſignatum,vt ſi quis poneret hominis pꝛopꝛium ambulare in foꝛo.Nam pꝛimum eſt eſſe hominem,deinde ambulare in foꝛo,ꝓpter hoc igitur non eſt pꝛopꝛium hoīs ambulare per foꝛum,quia non ſtatiꝫ cum eſt homo de ipſo verificatur ipſum ambulare per foꝛuꝫ,ſed neqꝫ animatum eſſe,ꝗ erat animatum,⁊ in ventre adhuc exiſtēs,quādo nondum erat homo,vel igiꝛ tale,neqꝫ aliqñ erit hoīs.Naꝫ contingit ⁊ alicui fieri,ceu equo,vel boui,vel ſi fieret aliquādo ꝓpꝛium,ſed non erit ſemper pꝛopꝛiuꝫ,ideo nō bene aſſignatuꝫ eſt hoīs pꝛopꝛium.ſ.ambulare in foꝛo,nam ꝓpꝛie pꝛopꝛium ⁊ ſoli debet ineſſe,cui⁹ eſt pꝛopꝛium ⁊ ſemper,quia autē ⁊ differētia ⁊ diffinitio ſoli iſunt,⁊ ſemꝑ ſubiecto ob id addit huic ſimul ex neceſſitate ſemper ineſſe dictū ꝓpꝛiuꝫ,ꝙ nō ſit differētia,nec diffinitio.Nā hęc non ſunt ꝓpꝛia(vt dictū eſt) ſic igiꝛ aſſignatum ꝓpꝛium,quare neqꝫ pꝛius debet eſſe ſubīo,neqꝫ poſterius,ſed ſimul cū eo ⁊ ſemper,⁊ neqꝫ differētia,neqꝫ diffinitio eſſe,bñ erit aſſignatū,⁊ ſi ꝗs poneret nō eſſe tale ꝓpꝛiū cōſtrueꝛ per quę aſſignat locus.

¶ Deinde deſtruēti qdem,ſi eoꝝdēꝫ qua eadem ſunt,non eſt idē ꝓpꝛiū. Non eniꝫ erit ꝓpꝛium,qđ poſituꝫ eſt eſſe ꝓpꝛiuꝫ. Vt ꝗ non eſt ꝓpꝛium ꝓſequendi,apparere quibuſdam bonum.neqꝫ eligendi erit vtiqꝫ ꝓpꝛium,apparere quibuſdam bonum. Idem eniꝫ eſt ꝓſequendum,⁊ eligendum. Cōſtruenti auteꝫ ſi eiuſdem quatenus ideꝫ eſt.idem eſt ꝓpꝛiū. Erit eniꝫ ꝓpꝛium qđ poſitum eſt non eſſe ꝓpꝛiuꝫ. Vt quoniā hominis,qua homo eſt.dꝛ ꝓpꝛium tripartitam aīam habere,⁊ viri,ꝗtenus vir eſt,erit vtiqꝫ ꝓpꝛium hominis tripartitam animam habere. Vtilis autē locus hic ⁊ in accidente eſt,nam ijſdem in eo qđ eadē ſunt,eadem opoꝛtet ineſſe,vel non ineſſe.

¶ Idē,vel gñe dicitur,vel ſpē,vel numero,vel ſm̄ ꝓpoꝛtionē,ſi ergo alicui generi ꝓpꝛiuꝫ aſſignareꝛ,neceſſe eſt ipſum omniuꝫ ſpecieruꝫ quę ſunt ſub ipſo genere ꝓpꝛiū eſſe.Si autē alicui ſpēi oīum indiuiduoꝝ ſub eadēꝫ ſpē,ſi ergo non fuerit(inqꝛ)alicuius ipſoꝛuꝫ,vel ſm̄ gen⁹,vel ſm̄ ſpeciem,de quo aſſignatum ſit pꝛopꝛium,non erit ꝓpꝛium aſſignatum ꝓpꝛium,ſed neqꝫ ſi non fuerit eoꝛum quę ſunt ideꝫ numero,ceu ꝓſequēdum eſt idem numero cum eligibile.Si ergo aliꝗs aſſignaret ꝓpꝛium ꝓſequendi videri aliꝗbus bonum,oſtēderetur autē non eē eligibilis ꝓpꝛium.Nō enim aliquibus apparēs bonū eligibile,ſed talē ſuapte natura,nō erit ꝓſequendi ꝓpꝛiuꝫ. Cęterū cōſtruentē opꝫ ſi ipſius fuerit idē quatenus ſuperius diuiſimus ipſum eſt pꝛopꝛium. Vtitur auteꝫ exēplo in eiſdē numero.vꝫ.noīe ſolo differentibus,ſed ſignificato.vꝫ.ſubiecto eiſdē.Nā homo ⁊ vir ſunt idem ſubiecto.vꝫ.numero,ſm̄ tamē nomen differūt,ſimilr autem ⁊ in accidentibus ſi aliqua fuerint multiuoca ꝙ ꝓpꝛiuꝫ habet ſm̄ aliquid nominum nominatuꝫ ideꝫ debet habere,⁊ ſm̄ alterum talium nominuꝫ,nam eiſdem quatenus ſunt eadē.videlicet quatenus ſuperius diuiſimus eadeꝫ pꝛopꝛia opoꝛtet eſſe vel non ineſſe,nam ſi vni ineſt,⁊ alteri ineri,ſi autē non vni,neqꝫ alteri.

¶ Deinde deſtruēti qdem,ſi eoꝝ quę ſunt eadem ſpecie,non idem ſemper ſpecie ꝓpꝛium eſt. Neqꝫ eni eius qđ dictū eſt,erit ꝓpꝛiū,qđ poſitū eſt eſſe ꝓpꝛiū. Vt ꝗ idē eſt ſpecie hō,⁊ equus. Nō ſemper autē equi eſt ꝓpꝛiuꝫ ſtare a ſe,nec hoīs erit ꝓpꝛium moueri a ſe. Idē enim eſt ſpecie moueri,⁊ ſtare a ſe,quatenus vtriꝙ eoꝝ,vt animal eſt,accidit. Cōſtruenti ꝟo,ſi eoꝝ,quę ſunt eadem ſpecie,idem ſemꝑ ſpecie ſit ꝓpꝛium,Erit enim ꝓpꝛium,qđ poſitum eſt non eſſe ꝓpꝛium. Vt ꝗ hoīs eſt ꝓpꝛium eſſe greſſibile bipes,⁊ auis erit ꝓpꝛiū eſſe volatile bipes. Vtriuſqꝫ enim hoꝝ eſt idē ſpecie,quatenus illa quidē ſub eodē ſunt genere ſpecies,cum ſint ſub animali,hęc auteꝫ,vt generis differentię animalis. Hic auteꝫ locus falſus eſt,quando alterum quidem eoꝛū,quę dicuntur,vni alicui ſoli ſpeciei ineſt,alterum ꝟo ineſt pluribus,quemadmodū greſſibile quadrupes.

¶ Hic locus ⁊ occulte dictus eſt,⁊ ſm̄ aliquid falſus eſt,

vt etiam

vt etiam ipſe dicit, & primo quidem, quoniam ſpecies ꝑ genere accepit quod quidem in contextũ adiecit expli cationis cauſa, ſed locus cuꝫ ſit deſtructiuus talis eſt, eorũdem gñe quę ſunt inter ſe ſpecie differẽtia, horum neceſſe etiam propria eadem generi eſſe. Nam ſi cõtradiuiſi contradiuiſum eſt proprium, & contradiuiſum cõtra diuiſi, & ſi non illud, neq; hoc, vt ſi quis aſſignaret eq ꝓprium eſſe ſtare a ſe deſtruetur non ꝓprium eſſe, naꝫ qa homo idem eſt equo ſm genus ſi equi ꝓprium eſt a ſeipſo ſtare, erit etiã hominis ꝓpriũ a ſeipſo moueri. Naꝫ idem genere ſunt ſtare & moueri, ſed non eſt hoīs ꝓpriũ moueri, neq; igitur equi ꝓprius erit ſtare, ſed quaten⁹ eſt hoc vtriq; animali accidere, tale erit, videlicet quaten⁹ ipſum accidere, videlicet ſtare & moueri vtriq; ipſorum videlicet equo & homini, quatenus animali & ambob⁹ ineſt, videlicet eius de generis exiſtẽtibus. Falſum autẽ inquit eſſe locum & nõ verum in omnibus quo ad cõſtructionem, quãdo aliud vnum dictoꝝ proprioruꝫ vni ſpeciei inſit, vt pedeſtre bipes homini, & alterum plurib⁹ vt pedeſtre quadrupes, nam ſimile genere eſt pedeſtre bipes cuꝫ pedeſtre quadrupe, ſed quia pedeſtre bipes vni ſpeciei ineſt homini, & pedeſtre quadrupes pluribus nõ poteſt conſtrui, tunc igitur erit locus vtilis ad cõſtructionem, quãdo vtriq; ſpecierum eiuſdem generis vtriuſq; ꝓpriorum ſimiliũ genere illi ſoli inerit & nõ pluribus.

¶ Quñ autẽ idem & diuerſum multiplr dr̃, labor eſt ſophiſtice aſſumẽti vnius aſſignare, & ſolius alicuius ꝓpriũ. Naꝫ qđ ineſt alicui, cui accidit aliquid, & accidenti inerit ſumpto cum eo, cui accidit. Ut qđ ineſt homini, & albo homini inerit, ſi fuerit albus homo, & qđ albo homini ineſt, inerit & homini. Calũniabitur autẽ aliquis multa ꝓpria, ſubiectũ aliđ quidẽ per ſe faciẽs, aliud aũt cũ accidẽte. Ut aliud qdeꝫ hoĩeꝫ eſſe dicẽs, aliud ꝟo albũ hominẽ. Inſup ẽt diuerſum faciẽs habitũ, & qđ ſm habitũ dicit̃. Nã qđ habitui ineſt, & ei qđ ſm habitũ dicit̃, inerit. Et qđ ei (qđ ſm habituꝫ dicit̃) ineſt, & habitui inerit. Ut qñ ſciens ſm ſciam dicit̃ affici, nõ erit ſciẽtię ꝓpriuꝫ indiſſolubile a rõne, nam & ſciens erit indiſſolubilis a rõne. Cõſtruenti aũt, dicẽdũ, quoniam nõ eſt diuerſuꝫ ſimplr id cui accidit, & accñs cum eo cui accidit ſumptuꝫ. Sꝫ aliud dicit̃, eo ꝙ diuerſuꝫ ſit ipſis eſſe. Nõ eniꝫ eſt idem homini, & eſſe homini, & albo hoi, & eſſe albo homini. Pręterea aũt ↄſiderandũ eſt ad caſus dicẽti, qñ neq; ſciẽs eſt idiſſuaſibile a ratione, ſed indiſſuaſibilis a rõne, neq; ſciẽtia indiſſuaſibile, ſed indiſſuaſibilis a rõne. Naꝫ ei qui oĩno inſtat, oĩno eſt aduerſandum.

¶ Hic locum quẽdam aſſignat ſophiſticum quo vtentes ſophiſtę omne aſſignatum propriũ alicuius ↄſtruit, & oſtendere nituntur ꝙ huic ſoli ineſt, cuius aſſignaret̃ vt proprium. Aſſignat autem & hunc locum cuius quideꝫ inſtantia oportet vti contranitentes oſtendere, ſed locus eſt talis vnde occaſionem argumenti accipiũt, ꝙ idem & diuerſũ multipliciter dicuntur, eteniꝫ dicuntur generẽ, ſpecie, numero, & proportione, & idem numero, & ratione dicitur in multiuocis, vt veſtis & pallium, naꝫ vnum ſunt ſubiecto & ratione, ſed idem ſubiecto. vꝫ. numero, non idem autem ratione in ipſis diuerſiuocis inuenitur. Nam horum ſubiectis vnum & idem eſt, tamen ratio nominum non eadem, vt in aſcenſu & deſcenſu ſe habet qñ de vna ſcala etiam ambo nomina dicerẽtur, nam ſubiectum vnum eſt ipſa ſcala. Dicitur idẽ & ſubiectum cum accidente eſſe ſubiecto vt albus homo cũ homine, nam hęc ſic dicta non ſunt ſimpliciter ſunt eadeꝫ ſed ſubiecto, & ratione diuerſa. Nam diuerſa eſt hominis ratio & diuerſa albi hominis ratio, quãuis ſubiecto ſint ambo vnum, quia igitur idem & diuerſum multipliciter dicitur difficile videtur de vno ſolo proprium aliqđ aſſignare, nam omne vt proprium alicuius aſſignatuꝫ videtur non eſſe ſolum proprium de quo aſſignatum eſt. Ideo inquit inſtandum eſſe contrauolentes conſtruere ſic proprium dicendo ꝙ non ſimpliciter ſunt eadeꝫ vel diuerſa, hoc. ſ. cui accidit, accidens cum hoc cui accidit, ſed ratione diuerſa, & ſubiecto eadem, quatenus & proprium aſſignatum eſt. Naꝫ ideꝫ ſubiectũ in homine & albo homine, tamen ratio ipſorum diuerſa. Inquit igitur qui aſſignat ipſum ꝓprium in ambobus vnum ſubiectum in duo diuidit, ſed ſubiectum dicendo & aliud cum accidẽte. Similiter non ſi quis (inquit) propriũ ſcientię aſſignaret indiſſuaſibile a ratione & ſcientis ſm ſcientiam. Neꝫ eſt (inquit) non diuerſum ſubiecto dictum in habitib⁹, & id qđ dicitur in affectis ſm habitus, nam hęc caſu differunt, & non ſubiecto, ſed aperiendum adhuc magis nobis eſt hęc, quia inquit idem multipliciter dicitur, vt ſuperius diuiſimus inquit opus habent diſputãtes ſophiſtice alicuius vnius aſſignare proprium vtentes hoc ideꝫ eſſe accidens, & id cui accidit, & dicẽtes ꝙ ineſt alicui cui accidit aliquid & accidens cuꝫ ſubiecto inerit, & explicat hoc per exemplum. Deinde inquit deſtruere talia propria per diuerſitatem poſſumus dicẽtes aliud eſſe ſubiectum ipſum per ſe ſine. vꝫ. accidente, & aliud vtriq;, vt ſi dicat aliqs ꝓpriũ eẽ hoĩs ſubãm receptricem coloris diſgregatiui viſus, nã hoc ꝓpriũ inerit, & albo hoĩ ↄ̃ſtruẽs dicet, aliud quidem eſſe hominem, & aliud album hominem, & aliud habitum, ceu ſcientiam, & aliud ſm habitum, videlicet ſcientem, illud deinceps additum, nam ꝙ ineſt habitui & reliquę dignitates ſunt vtentiuꝫ in his idẽtitate ſubiecti per ſe, & ſubiecti cum accidente. Deinde exemplum oſtendentis per diuerſitatem ſic aſſignatum proprium conſtructiuum eſt. Naꝫ oportet conſtruentes dicere ꝙ non eſt ſimpliciter, videlicet vniuerſalr̃ alterum ab homine, & alteruꝫ ab homine albo, ſed ſm diffinitionem, & ipſum eſſe, nam quatenus ſubſtãtia ambo, homo, & albus homo idem ſunt, ſed ſm diffinitionẽ differunt. Nam homo animal rationale mortale ſcientię capax & mentis, ſed albus homo eſt capax coloris diſgregatiui viſus. Item ꝙ neq; eadem eſt diffinitio ſcientię vt ſcientis, ſed ſcientia eſt indiſſuaſibilis, ſed aliter eſt ſciens. Differunt igitur diffinitiones ſm caſus, nã ad ſophiſtam ſm omnem modum inſtantem oportet repugnare & a caſibus, & a diuerſis in quibus poteſt.

¶ Deinde deſtruenti quidem, ſi quod natura ineſt, volẽs aſſignare, hoc modo ponit ſm locutionem, vt qđ ſemper ineſt, ſignificet. Uidebitur enim moueri qđ poſitum eſt, ꝓpriuꝫ

eſſe. Ut quia qui dixit hoīs proprium bipes, vult quidem qđ natura ineſt, aſſignare, ſignat autem locutionem qđ ſemper ineſt, non erit hominis proprium bipes. Non enim omnis homo eſt duos pedes habēs. Conſtructi autem, ſi vult qđ natura ineſt ꝓpriū aſſignare, ⁊ locutione hoc mō ſignificat. Nō enim mouebit̄ ſm hoc proprium, vt q̄a hoīs ꝓpriū aſſignauit animal diſciplinę ſuſceptiuū, ⁊ vult, ⁊ dictiōe ſignificat id quod natura eſt ꝓpriū, non mouebitur ſm hoc, vt nō ſit hoīs ꝓpriū animal diſciplinę ſuſceptiuum.

¶ Natura quibuſdam ea ineſſe dicēda ſunt quoꝝ ſubiecta quibus ſic dicuntur ineſſe ſuſceptiua ſunt ipſorū, nō tamen ſemper ipſis, neq̃ ex neceſſitate actu adſunt, ſic natura homini ineſt ſcientia. Nam quia capax eſt eius dicitur natura ineſſe eidē ſcientia, non quia ſemper actu eſt ſciens, ſi ergo ſic q̄ natura alicui ineſt vt proprium eius aſſignarit aliquis tāquā actu ipſi ⁊ ſemper pręſens, hoc autem fieret non addito illo .ſ. natura, vel aliquid alıud q̄ poteſt indicare rem illam cuius eſt proprium aſſignatum, non bene aſſignat proprium, vnde ⁊ deſtruetur per hunc locum, vt ſi ſimpliciter aliquis diceret proprium hominis eſſe pedeſtre bipes, nam bipes vt inſeparabile exiſtens, ⁊ ex neceſſitate inexiſtens ipſi ſemper videtur accipere qui ſic dicit, ſed non ſic in natura ineſt videlicet ſm naturam, quia etiam eſt aliquis homo nō bipes, ſimiliter autem ⁊ ſcire proprium hominis, ſed ſm ſcientię capax.

¶ Inſuper q̄cunq̃ dicuntur, vt ſm aliud aliquid primū, aut vt primum ipſum, labor eſt aſſignare talium proprium. Nam ſi eius ꝓpriū aſſignauit qđ eſt ſm aliud aliq̄d, ⁊ de primo verificabitur. Si autem primi poſuerit, ⁊ de eo ꝑdicabitur, quod eſt ſm aliud. Ut ſi q̄s aſſignet ſuperficiei proprium coloratum eſſe, ⁊ de corpore verificabitur coloratū eſſe. Si autem corporis, ⁊ de ſuperficie pręⸯdicabit̄. q̄re non de quo oratio, ⁊ nomen verificabitur.

¶ Hunc locum etiam vtilem ad deſtructionem proprij aſſignat, nam eorum quę inſunt aliquibus, alia quidem primo inſunt, alia ꝟo non primo, ſed ſm aliud, in his autem ſic ſe habentibus difficile inquit aſſignare proprium alicui ipſorum propter illud, quia de primo ſic ſe habente aſſignatum competit etiam idem non primo ſic ſe habenti, ⁊ hoc ſic ſe habente non de quo oratio ⁊ proprium verificatur, de hoc etiam nomen rei verificabitur idem de ipſo primo habente, nā ſi fuerit aſſignatum proprium ſuperficiei colorari, equidem colorari, ⁊ de corpore pręⸯdicabitur, ſed minime ſuperficies quippe corpus non eſt ſuperficies, igitur eget quadā determinatione aſſignatum talium propriorum, quę per ſequentia oſtendetur.

¶ Accidit aūt in q̄buſdā ꝓprijs pleriſq̃ fieri aliquid peccatum, ꝓpter hoc q̄ non determinetur, quo mō, ⁊ quoꝝ ponit quis proprium. Omnes enim conantur aſſignare proprium, aut qđ natura ineſt, vt hoīs bipes, aut qđ nūc ineſt, vt hoīs alicuius quatuor digitos habere, aut ſpecie, vt ignis ſubtiliſſimum, aut ſimpliciter, vt animalis viuere. Aut ſm aliud, vt animę prudens, aut vt primū, quemadmodū rōcinatiui prudens, aut vt in eo, qđ habet, vt ſcientis indiſſuaſibile a rōne (nihil enim aliđ q̄ꝫ habendo aliquid erit indiſſuaſibile a rōne) aut in eo q̄ habetur, vt ſciētię indiſſuaſibile a rōne, aut in eo q̄ participatur, vt aīalis ſentire. (Sentit enim ⁊ aliud quid vt homo) ſed participans iā hoc ſentit, aut in eo quod participat, vt alicuius animalis viuere. Qui igit̄ non addit natura peccat, eo q̄ ꝯtingit qđ natura ineſt, nō ineſſe illi, cui natura ineſt, vt hominis duos pedes habere. Qui ꝟo non determinat, quoniā nunc ineſt, qđ ineſt nūc, aſſignat quoniā non erit tale, quale nunc ineſt id. Ut quatuor digitos habere hominem. Qui aūt non indicat, quoniā vt primū, aut vt ſcđꝫ aliud ponit, q̄ꝫ nō de quo oratio, ⁊ nomē verificabitur. Ut coloratum eſſe, ſiue ſuperficiei ſiue corporis aſſignauerit ꝓprium. Qui etiā nō ꝑdicit, quoniā aut in eo qđ eſt habere, aut in eo qđ eſt haberi, proprium aſſignauit, non enim erit ꝓprium, quod aſſignatum eſt. Naꝫ inerit (ſi in eo qđ habetur, aſſignauit ꝓpriū) etiam habenti. Si autē habenti, ⁊ ei quod habetur, vt indiſſuaſibile a rōne ſcientię vel ſcientis poſitum, ꝓprium. Qui etiam non pręſignificat in eo qđ participat aut participatur, nam ⁊ alijs quibuſdam inerit ꝓpriū. Si enī in eo quidem, quod participatur, aſſignauit, participantibus inerit. Si autē in eo, quod participat, his, quę participantur. Ut ſi alicuius animalis poſuerit viuere proprium. Qui non diuidit etiam id, quod ſpecie ineſt. Quoniam vni ſoli inerit eorum, quę ſub eo ſunt, cuius proprium ponit.

¶ Multifariam inq̄t, nōnulli peccant in aſſignatione propriorum non determinantes ſm quem modū aſſignāt hęc quia nituntur aſſignare proprium, vel q̄ natura ineſt q̄ eſt, quatenus ſubiectum eſt ipſius capax, ⁊ non quatenus actu adeſt, vel ſimpliciter ineſt, quod eſt in minus contingens, vel ſm alios modos, quot etiam numerat, quorum vniquodq̃ per proprium exemplum manifeſtum facit. Non enim aliquis determinans, vel addens in vnoquoq̃ talium propriorum congruentem determinationem vniciuiq̃ modorum quos particulariter appoſuit, planum q̄ is peccat ⁊ non aſſignat bene in vnoquoq̃ propriū, vniuerſalr̄ igitur oſtendit q̄ ſi ſm plures modos inſunt ea quę inſunt aliquibus, neceſſarium eſt aſſignationem cum exiſtentia proprię determinationis facere. Non enī integra ſanaq̃ aſſignatio ſine determinatione

*Aduerte q̄ cōtext⁹ male tus cum hoc cōiūxi quos non exponere videt Alexander.*

determinatione ſit eoꝝ quę egēt aliqua determinatione. Ideo ⁊ vnūquodqꝫ talium ꝓprioꝝ deſtruetur, qꝛ oꝫ apponi determinatio quoties nō ponitur a diſputante. Ceterum cū dicit. [ Vt ignis ſubtiliſſimū ] inquit ſi quis proprium ignis poneret ſubtiliſſimum, ⁊ non diſtinguēs ſepararet proprium qꝫ ineſt ſpeciei addēdo ſpeciei peccat. Etenim ſi adderet ſpeciei, patet qꝫ vni ineſt ſpeciei eoꝝ quę ſunt ſub igne. Nam qꝛ vt ipſe dicit in pdicamētis de ſubſtantia qꝫ ꝓpriū ſubſtantię eſt quę cū ſit vna numero eſt capax ꝯrioꝝ, non qꝛ omnis ſubſtantia ſit talis, ſed qꝛ in ſubſtantiis indiuidua hoc pōt eſſe. Reducitur aūt tale ꝓpriū ad peccatū cōuerſionis. Non enim de quibus nomen ⁊ ratio prędicaẗ, nam ⁊ quęuis bolus terra eſt, grauiſſima aūt non amplius, ⁊ ignis quidēꝫ carbo, ⁊ flāma ac lumē eſt ignis, ſed solū lumen eſt ſubtiliſſimum.

**℄ Nam qđ eſt ẜm ſuperabūdantiam, vni ſoli ineſt, vt ignis leuiſſimū. Aliquotiens autēꝫ ⁊ ſpecie addens, peccat. nam oportebit vnā ſpeciē eſſe eorū, quę dicunẗ, qñ ſpecie addiderit. Hoc aūt in quibuſdam non accidit, vt neqꝫ in igne. Nō enim eſt vna ſpecies ignis, diuerſuꝫ eſt enim ſpecie carbo, ⁊ flāma, ⁊ lux: cū vnūquodqꝫ horum ſit ignis: ꝓpter hoc non opꝫ, qñ ſpecie addiẗ, diuerſam eſſe ſpecieꝫ eius, qđ diciẗ: qm̄ hic quidē magis, illis aūt minꝰ inerit, qđ dictū eſt propriū, vt in igne ſubtiliſſimuꝫ. Subtilior enim eſt lux carbone, ⁊ flāma. hoc autē non opꝫ fieri, quādo non ⁊ nomē magis prędicatur, de quo oratio magis verificatur. Si aūt non, non erit de quo oratio magis.**

℄ Hic cum aſſignet cām cur peccet is qui ſic indeterminate aſſignat propriū, inquit ẜm ſuperabūdantiā nō pōt in pluribus cōſiderari vt leuiſſimū igni. Non enim eſt ſpecies ignis, qꝛ in aſſignatis ꝓpriis ſpeciei ſi quę a noīe de quo ꝓpriū aſſignatū eſt, ſignificata vnius ſpeciei fuerint ſana eſt aſſignatio, ſi ꝟo de pluribus ſpeciebus non amplius ſana additio in ſic ſe habētibus niſi addito ſpeciei, ⁊ ſic cōtingit peccare niſi determinaret, ⁊ ẜm aliquā rei partē. Nam in quibus nō ſic eſt vt in igne, ſi quis dicat leuiſſimū eſſe ignem nō diſtinguēs lumen, qꝛ non additur hoc [ parte. ] Nam partes ignis carbo, flamma, ⁊ lumē, quoꝝ vnūquodqꝫ ignis dī, ſed lumen ſolū eſt leuiſſimū, Sed nunc cōis dicit lumen ignē ẜm aliquoꝝ opinionē, qꝛ ipſi non vł lumen ignē eſſe, qꝛ neqꝫ corpus. Sed omnis ignis eſt corpus, ob id rurſus etiā qui addit ſpeciei dicte, videlicet leuiſſimā alterā ſpēm propriū eſſe, vt ſubtiliſſimū ⁊ is peccat. Nam ſubtiliſſimū etiā aliis cōgruit, ſꝫ aliquibus magis, ⁊ aliquibus minus. Dicit autē lumē eē ſpeciem ignis ẜm aliquā opinionē. Non enim cūctis videẗ lumen eſſe ſpeciem ignis, nam ignis ⁊ ſpēs eius carbo, flāma eiuſdeꝫ corpora ſunt, ſꝫ his incorporea eſt, vñ qño erit ſpecies corporis incorporeuꝫ. Inquit igitur qñ ⁊ addēs alicui ſpeciei peccat, qꝛ non eſt vna ſpēs dicti, ſed plura, ⁊ hoc cōſtat ex ſpēbus ignis. Nam vnū horū idest lux ſubtiliſſimū eſt, ⁊ alia ſubtilia, ob id igiẗ qñ adderet ſpeciei non opꝫ eſſe aliam ſpēm pręter dictaꝫ, ſed ipſa ⁊ ſola. Sed hoc nō opꝫ fieri ceu nō opꝫ aſſignare ꝓprium cū additione ſpēi, cuius plures ſunt ſpēs, qñ nō ⁊ nomen pdicaẗ magis de ſubiecto de quo magis verificaẗ oratio. Nam oratio dico ſubtiliſſimū magis vere pdicaẗ de lumine, ſed nomen vel ignis non prędicaẗ magis de lumine luceqꝫ. Vt enim diximus ẜm quandā opinionem lux dicitur ignis, non tñ ẜm veritatem. Nam ſi propriuꝫ prędicatur magis ⁊ nomen non prędicatur magis, non erit aſſignatum proprium qꝫ aſſignatur.

**℄ Inſuper autēꝫ ad hęc idem eſſe accidit proprium ⁊ eius qđ ſimpliciter, ⁊ eius, qđ maxime in eo, qđ eſt ſimpliciter tale. Vt in igne ſeꝫ ſubtiliſſimū, nō ⁊ lucis, ⁊ ignis ſimpliciter erit hoc ipſum ꝓpriū. Subtiliſſima enim eſt lux. Cum igitur alius ſic aſſignat ꝓpriū, argumentandū ſic ei, aut non danda eſt hęc inſtantia, ſed ſtatim cum ponit propriuꝫ, determinādum eſt quo modo ponit proprium.**

℄ Accidet aūt (inquit) in talibus propriis idem ⁊ vnum propriū plurīū eſſe. ſ. ſimplr ⁊ cōiter dicti, vt ignis ⁊ maxime exiſtētis in tali cōi. vꝫ. luminis. Naꝫ ignis erit ꝓpriū, qꝛ huic aſſignatuꝫ, ſed luminis, qꝛ maxime ineſt huic qꝫ non eſt maxime ignis. Sed non opꝫ propriū eſſe ideꝫ generis ⁊ ſpeciei vnius ſub genere. Nā erit idē plurīū ⁊ differentiū propriū, quę cum diſtinguat cōcludit dicēs. Cū igiẗ alius ſic aſſignat propriū argumentanduꝫ ei ſic. vꝫ. tibi non eſt danda hęc inſtantia. i. ſi tu tale aſſignaueris ꝓpriū non opꝫ ſibi inferre inſtātiaꝫ. vꝫ. cauſam dare diſputanti vt inſtet ſibi, ſed opus ei eſt ſtatiꝫ aſſignare quo modo aſſignauerit propriū ẜm vnū modū expoſitoꝝ.

**℄ Deinde deſtruenti quidē, ſi idē eiuſdē propriū poſuit. Non eniꝫ erit propriū, qđ poſitū eſt eſſe propriū. Nā ideꝫ eidē oē quid eſt eſſe indicat. Qđ autē quid eſt eſſe indicat, nō propriū, ſed terminus eſt. Vt qꝛ qui dixit honeſti propriū decēs eſſe, idē eiuſdē propriū aſſignauit (idem enim eſt honeſtū ⁊ decēs) nō vtiqꝫ erit decens honeſti propriū. Conſtruēti autē ſi non idē quidē eiuſdē ꝓpriū aſſignauit, cum conuerſim prędicatuꝫ poſuit. Erit enim proprium, quod poſitum eſt non eſſe proprium, Vt qꝛ qui poſuit animalis propriuꝫ id, quod ſubſtantia aīata, non idem quidē eiuſdeꝫ propriū poſuit, ⁊ cōuerſim prędicatum aſſignauit. ⁊ erit aīalis propriū ſubſtantia aīata.**

℄ Hoc aūt fit ſi quis ęquale ſubiecto potens nomē viciſſim mutādo vt ꝓpriū alicuius aſſignauerit, qđ maxime in multiuocis fieri pōt, naꝫ qꝛ nomē vniuſcuiuſqꝫ eſt indicatiuū vniuſcuiuſqꝫ ſubę illius, naꝫ cuius eſt diffinitio indicatiua, huius ⁊ nomē indicatiuū eſt, ⁊ qui tale ꝓpriū aſſignat indicatiuū ſubę eius vt propriū aſſignat. Poniẗ aūt qꝫ id qđ eſſe ⁊ ſubſtantiā alicuius indicat, non eſt ꝓpriū. Non enim erat propriū ſi genus qꝫ quid erat eſſe, ⁊ in diuiſione problematuꝫ dixit talia eſſe diffinitiua, ceu qꝛ ponēdo aīalis propriū hoc ſubſtantia aīata, opꝫ autē addi, ⁊ hoc ſenſitiua qꝫ viciſſim prędicatū ⁊ ſubiectū eſt aſſignauit, ſed minime propriuꝫ. Nam aīalis ſubſtantia animata ſenſitiua cōuerſim pdicaẗ, nam oē aīal eſt ſubſtantia aīata ſenſitiua, ⁊ oīs ſubſtātia aīata ſenſitiua animal. Quęreret autēꝫ aliquis in dictis diuerſiuocis ſi nō

poteſt alteri alteꝝ ineſſe, ceu punctū, indiuiſile, minimū, vel omnis dimēſionis expers, nam videtur in his etiaꝫ ſignificata differre, quibus autē ſi aduenerit ⁊ planius ⁊ notius magis congruet.

¶ Deinde in ſimilaribus conſiderādū eſt, deſtruēti quidē, ſi qđ totius eſt ꝓpriū, non verificaē de parte, aut ſi qđ partis eſt propriū, nō dī de toto. Non eniꝫ erit propriū, qđ poſituꝫ eſt eſſe propriū. Accidit aūt hoc in aliquibus fieri, aſſignabit eniꝫ vtiqꝫ aliqs in ſimilaribus ꝓpriū: aliquoties quidē ad totū reſpiciēs, aliquoties aūt ad id, qđ ſm partē dicit, ipſe ſeipſum ſciēs. At erit neutrū recte aſſignatum, vt ad totū quidē, qꝛ qui dixit maris ꝓpriū, plurimā aquā ſalſam, alicuius quidē ſimilariū poſuit ꝓpriū. Tale aūt aſſignauit, qđ non verificaē de parte: (non eniꝫ erit quoddā mare plurima aqua ſalſa) nō vtiqꝫ erit maris ꝓpriū plurima aqua ſalſa. Ad parteꝫ aūt, vt qꝛ q poſuit aeris ꝓpriū, reſpirabile: ſimilariū quideꝫ alicuius dixit propriū. tale autē aſſignauit, qđ de aliquo aere verum eſt, de toto autē non dī (non enim erit vniuerſus aer reſpirabilis) nō erit vtiqꝫ aeris propriū reſpirabile. Cōſtruēti vō, ſi verificaē quidē de vnoquoqꝫ ſimilariū / qđ eſt ꝓpriū coꝝ ſm totū. Erit eniꝫ propriū, qđ poſitū eſt nō eſſe propriū, vt qꝛ verificaē de omni terra deorſuꝫ ferri, ſm naturam. Eſt aūt hoc propriū alicuius terrę ſm terrā (ſꝫ eniꝫ terrā ⁊ id qđ eſt terrā eſſe) erit vtiqꝫ terrę propriū deorſum ferri ſm naturam.

¶ Quia diuiſio quę fit totius in partes, vel i ſimilaria fit, vel in diſſimilaria aſſignat locos ēt in ſimilaribus. Et ſi deſtruit aliqs hoc poteſt modo ſi aſſignareē propriū totius, hoc aūt non ꝯueniet ēt parti, non bene erit aſſignatum propriū. Vel ſi partis propriū aſſignatū ⁊ toti nō cōpeteret, non bene erit aſſignatū propriū. Hoc autē fit in aliquibus aſſignare ꝓpriū ſi in vniuerſum, aliqñ ⁊ totius reſpexerit, ⁊ propriū aſſignatū parti non cōgruet, ceu maris propriū plurima aqua ſalſa, hoc aūt non cōpetet parti, quippe non poteris aſſignare hoc plurimā aquaꝫ ſalſam de aliquo mari, qꝛ quoddam mare pars eſt minima totius. Quonā pacto diceremus de ipſa plurimam, quare neqꝫ ipſius maris erit propriū aſſignatuꝫ, qꝛ non cōpetit etiā parti. Sed ſępe aliquis aſſignaret ꝓpriū partis cōſiderans ꝓpriū aſſignare eidem parti, ſed non conueniens eſt ēt toti. Vnde non ſic aſſignare bene propriū in hunc locū, qꝛ omnes partes ſimilariū inter ſe cū toto ſunt eiuſdē ſubſtātię, ideo ⁊ idē congruet toti ⁊ vnicuiqꝫ partiuꝫ. Quia igitur talia ſimilaria videntur eſſe, patet qꝺ ēt ꝓpriū alicuius ſimilaris aſſignatū omnino ineſt ſimilari. Silr̄ toti ⁊ partibus eius porro ſi quis tale propriū ſimilarium alicuius aſſignauerit, qꝺ toti ineſt, ⁊ partibus eius non ineſt, vel ecōtra, poterit deſtruere qꝺ nō eſt ꝓpriū aſſignatū propriū. Opꝫ igiē aſſignatuꝫ propriū eſſe alicuius ſimilaris ⁊ toti ⁊ partibus eius ineſſe. Naꝫ ſic ꝓpriū terrę deorſum ferri ſm naturā. Etenim de oī terra ⁊ de aliqua verificaē. Nā ⁊ alicuiꝰ terrę quatenus terrā eſt, propriū eſt deorſum ferri ſm naturā, nō quatenus ſimilaris, vt neqꝫ ois quatenus ois. Ceterum illud [ qđ eſt proprium eoꝝ ſm totum ] indicatiuū eſt huius vt totius proprium accepti ⁊ partium vniuſcuiuſqꝫ.

¶ Deinde ex oppoſitis conſiderandū eſt, primū quidē ex ꝯrīis, deſtruenti quideꝫ, ſi cōtrarij non eſt ꝯriuꝫ propriū, neqꝫ vtiqꝫ contrarij erit ꝯrium propriū, vt qꝛ contrarium eſt iuſtitię quidē iniuſtitia. Optimo autē peſſimum. Nō eſt autē iuſtitię propriū optimuꝫ, nō erit iniuſtitię propriū peſſimū. Cōſtruenti autē ſi ꝯrij cōtrarium propriū eſt, ⁊ cōtrarij ꝯtrariū ꝓpriū erit, vt qꝛ ꝯrium eſt bono quidē malū, eligendo aūt fugiendū, eſt aūt boni propriuꝫ eligendū, erit mali proprium fugiendum.

¶ Ex oppoſitis aſſignat ⁊ ad deſtructionē ⁊ conſtructionē loci ꝓprioꝝ, vt fecit etiaꝫ in his ad accidens, ⁊ ad genus aſſignatis locis, ſed qm̄ quadrupliciter dicuntur oppoſita, primo a ꝯrīis incipit. [ Et optimo peſſimū. ] Nam omnis virtutis eſt hoc, ſi enim virtutis rō habitus optimus ⁊ minime optimū iuſtitię propriuꝫ nō erit iniuſtitię proprium peſſimum. Eteniꝫ in eadē eſt eadem ratio, nā omnis malitia habitus eſt peſſimus.

¶ Scdm aūt ex ijs, quę ad aliqd ſunt, deſtruēti quidē, ſi hoc qđ ad aliqd eſt, eius / qđ eſt ad aliqd / non eſt propriuꝫ, neqꝫ vtiqꝫ hoc, qđ ad aliquid eſt, eius / qđ ad aliquid eſt / erit ꝓpriū. Vt qꝛ dī duplū quidē ad dimidiū, ſuperans aūt ad ſuperatū, non eſt aūt dupli propriū ſuperans, non erit dimidij propriū ſuperatum. Cōſtruenti autē / ſi eius / qđ eſt ad aliquid hoc qđ eſt ad aliqd, eſt propriuꝫ, ⁊ eius, qđ eſt ad aliquid, id / qđ eſt ad aliquid, erit propriuꝫ. vt qꝛ diciē duplum quidē ad dimidiū id eſſe, qđ duo ad vnum, eſt autē dupli propriū, vt duo ad vnū, erit dimidij ꝓpriū / vt vnuꝫ ad duo.

¶ Vt qꝛ diciē duplum ad dimidiū, naꝫ opponitur duplū ad dimidiū, ⁊ duo ad vnū, ſed vnum ad duo; quatenus duo ad vnius dupli rationē ſigt. Sed vnuꝫ ad duo dimidij. Hęc autē non ad aliquid proprie. Non enim dicunē duo vnius duo vel vnuꝫ duoꝝ vnū, neqꝫ hīt eſſe in habitudine adinuicē. Erit aūt propriū magis ꝓpoſito exēplꝫ ſi acciperetur vna oppoſitio eoꝝ ad aliquid, vt ſenſus ⁊ ſenſile. Nam ſenſus eſt receptio per corpus, ⁊ ſenſile id qđ recipitur per corpus. Nam ſi ſenſui propriuꝫ eſt vt per corpus ſit receptio, erit etiam ſenſibilis propriuꝫ vt per corpus receptibile ſit. Sed hoc non eſt proprium dupli, qñquidem non ſolum duplum ſit excedens.

¶ Tertiū aūt deſtruenti quidē / ſi ipſius habitus / id qđ ſm habitū diciē, non eſt proprium, neqꝫ vtiqꝫ priuationis / id qđ ſm priuationeꝫ dī, erit propriū. Et ſi priuationis / id / qđ ſꝫ priuationē diciē, nō eſt propriū / neqꝫ habitus ipſius / id / qđ ſm habitum dī, erit propriuꝫ. Vt qꝛ non dī / ſurditatis propriū inſenſibilitatē cō

(eteniꝫ aliis cōis eſt) neq; ipſius auditus erit ꝓpriuꝫ ſenſum eſſe. Cōſtruenti vero, ſi qđ ſm habitū dr̄/eſt ipſius habitus propriū, ⁊ priuationis/id/qđ ſm priuationē dicit̄, erit ꝓpriuꝫ, ⁊ ſi priuationis/id qđ ſm priuationē dicitur eſt proprium, ⁊ ipſius habitus id/quod ſm habitum dicit̄/erit proprium. Ut quia viſus eſt proprium videre ſm qđ habemus viſuꝫ, erit cęcitatis proprium non videre ſm quod non habemus viſum, nati habere.

¶ Quia duabus exiſtētibus oppoſitionibus ſm habitū ⁊ priuationē, ſi non habitus fuerit habitus propriū, neq; priuatio erit priuationis, ſi vero habitus fuerit proprium habitui, ⁊ priuatio priuationi, ⁊ econtra.

¶ Deinde ex affirmationibus ⁊ negationibꝰ, primū quidē ex ipſis, quę prędicant̄. Eſt aūt locus hic vtilis deſtruenti tantū. vt ſi affirmatio, vel qđ ſm affirmationē dicit̄/eiuſ eſt proprium, non erit vtiq; eius negatio, neq; qđ ſm negationē dr̄ propriū. Si autē ſit negatio, aut qđ ſm negationē dr̄ propriū, eiuſdeꝫ non erit affirmatio, neq; qđ ſm affirmationē dicitur propriū, vt q2 propriū animalis eſt animatū/non erit animalis propriū/non animatū. Secundū etiā ex pdicatis, vel etiā nō prędicatis. ⁊ de quibus pdicat̄, vel nō prędicat̄, deſtruēti qdeꝫ/ſi affirmationis affirmatio nō eſt propriū, neq; negatio negationis erit propriū. Et ſi negatio negationis non eſt propriū, neq; affirmationis affirmatio erit propriū. Ut q2 nō eſt propriū hominis animal/neq; non hominis propriū erit non animal. Si aūt nō hominis, non videt̄ propriū non animal, neq; hoīs erit propriū animal. Conſtruenti autē/ſi affirmationis affirmatio eſt proprium, ⁊ negatio negationis erit propriū. Si auteꝫ negationis negatio eſt propriū, ⁊ affirmatio affirmationis erit propriū. Ut qa non animalis eſt propriū nō viuere, erit aīalis propriuꝫ viuere. Et ſi aīalis propriuꝫ videt̄ viuere, ⁊ non animalis proprium videbitur non viuere.

¶ Ideſt ſi affirmatū ipſius ꝓpriuꝫ erit, impoſſe eſt ꝯdictorū eius propriū eſſe, ⁊ ecōtra ſi negatū. Inquiunt aūt affirmationeꝫ dicit. Sed aliquis quęreret quō locus nō eſt vtilis ad conſtructionē. Nā qui oſtēdit alteꝝ ꝯdictionis non ineſſe, alteꝝ ineſſe demōſtrant, naꝫ nullū intermediū eſt ꝯdictionis, vel q2 eidē poſſibile eſt oſtēdi, non tñ ⁊ vt propriū eius. Vel pōt neq; principio eidē ineſſe oppoſitū non ꝓprio, vel oſtēſum non propriū ineſt ipſi nō vt propriū. Nō eniꝫ ſi homini non eſt propriū animatū, iam eidē ⁊ non ineſt. Sed magis propriuꝫ in animali eſt ſenſitiuū trāſferre pro aīato, naꝫ animatū ineſt ipſi non vt propriū eius. Eſt aūt primus locus ex repugnantia & deſtructiuus ſolū, ſed ſecūdus nō. Et ambobus in ſequētibus propriū negatiuū eſſe inquit nō oportere perinde ac non inſit negatio dictioni, ſed ineſt, nō tñ vt propriū. Scđm autē infert ex prędictis .ſ. proprijs affirmatiue dictis vel nō pdicatis .i. proprijs negatiue dictis, ⁊ de qbus pdicatur, vel ſubiectis affirmatiue ⁊ de quibus nō prędicatur, vel de ſubiectis priuatiue dictis. Naꝫ accipit duo ſubiecta ⁊ vnū affirmatiuū ⁊ alteꝝ priuatiuū, ⁊ duo ſola propria. Inquit igit̄ q ſi affirmationis ceu hoīs non eſt ꝓpriū dictio affirmatoq;. vꝫ. animal, neq; negatio. vꝫ. non animal ꝓpriū erit non hoīs. Silr̄ aūt ⁊ ꝯtrium, merito autē dixit. Hominē inquiunt q2 pars eſt ꝓpōnis.

¶ Tertiū aūt ex ipſis ſubiectis, deſtruēti quideꝫ, ſi qđ aſſignatū eſt propriū, affirmationis eſt propriū, non erit, ⁊ negationis proprium. Si autē negationis eſt propriū qđ aſſignatū eſt, nō erit affirmationis propriū, vt q2 aīalis ꝓpriū eſt animatū, non animalis propriū nō erit animatū. Conſtruenti vero, ſi aſſignatū ꝓpriū non eſt affirmationis propriū, erit negationis. At hic locus deficit, naꝫ affirmatio negationis, ⁊ negatio affirmationis nō eſt propriū. Quādoquidē affirmatio negationi omnino nō ineſt. Negatio aūt affirmationi ineſt quidē, at non vt propriū ineſt. Deinde ex ijs. quę ex oppoſito diuidūtur, deſtruenti quidē, ſi eoꝝ/quę ex oppoſito diuidunt̄/nullū vllius reliquoꝝ ex oppoſito diuiſoꝝ eſt proprium, neq; profecto qđ poſitū eſt, erit ꝓpriuꝫ eius/cuius poſitū eſt propriū. Ut q2 animal ſenſibile nullius alioꝝ mortaliū animaliū eſt propriū, nec animal intelligibile erit dei ꝓpriū. Conſtruenti autē, ſi cęteroꝝ, quę ex oppoſito diuidūtur/quoduis/eſt propriū taliū quorūcunq; eorum, quę ex oppoſito diuidunt̄, erit ꝓfecto reliquum eius ꝓpriuꝫ, cuius poſituꝫ eſt non eſſe propriū, vt quia prudētię eſt proprium per ſe natum eſſe rationalis virtutem eſſe, ⁊ aliaruꝫ virtutū ſic vniuſcuiuſq; ſumptę/erit temperantię proprium per ſe natum eſſe concupiſcibilis virtutem eſſe.

¶ Hic vnum ꝓpriū duobus ſubiectis conſiderandū eſſe cōcludit cōtrario modo primo loco qui duo propria ad vnū ſubiectū inquirēda eſſe dixit. Incipit igit̄ hic a ſubiectis ipſis ⁊ inquit ſi aſſignatū eſt affirmationis propriū .ſ. ſubiecti dicti affirmatiue vt aīalis animatū, non erit idē negationis. vꝫ. negati ſubiecti propriū, vt non animalis animatū, nam erit propriū vnum pluriū ſubiectoꝝ ⁊ cōtradictorię oppoſitoꝝ, ſimiliter ⁊ ecōtra. Naꝫ ſi non animalis propriū inſenſibile neq; erit ꝓpriū hoc animalis. Verū inquit locū conſtruentē in his eſſe falſum, ⁊ ponit cauſam etiā dicens q neq; affirmatio negationis, neq; negatio affirmationis eſt propriū. Nā affirmationeꝫ vt poſitionē impoſſibile eſt eſſe ꝓpriuꝫ negationis quę deſtructio eſt ⁊ quoddā ſine exiſtētia, ſed negationem affirmationi contingit ineſſe, ſed nō vt proprium, ceu nō ens opinabile eſt, non vt album homini, ſed vt non ens. Nā opinio eius eſt non q2 ſit, ſed q2 nō eſt, ſed opinabile nō

eſt propriū non entis, nam eſt etiā entis. Aſſignās itaqꝫ
locū primū ab oppoſitis ſm cōtradictionē deſtructiuū
in quo vnū erat ſubiectū ꝛ duo pręedicata aliud affirma/
tiuę, ꝛ aliud negatiuę ꝙ eſt ꝓprie cōtradictio. Scdm aūt
in quo ſubiecta duo ꝛ pdicata duo accipiebātur ꝛ ambę
cōiugationes cōtradictorię oppoſitę, ꝛ oſtēdens hunc, ꝛ
ad deſtructionē ꝛ cōſtructionē valez mentionē fecit de
tertia oppōne, in qua aūt pręedicatū vnum accipit, ꝛ duo
ſubiecta ɔ̄dictorię oppoſita 3̄tio modo pmo loco ꝛ hūc
inquit eſſe ſolū deſtructiuū. Nam ad conſtructionē non
eſt vtilis, qꝛ falſus eſt ꝛ oſtēdit cām, vt dictū eſt ſuperius.
Deinde aūt ex cōtradiuiſis cōtradiuiſa inter ſe dicūtur
quęcūqꝫ ex eodē genere ſm eandē diuiſionē inter ſe ſe/
parata ſunt, ſi ergo aliquis cōtradiuiſoꝝ inter ſe aliquid
aſſignauerit propriū alicuius alterius, ꝛ ipſoꝝ cōtradiui
ſoꝝ inter ſe ſm aliam diuiſionē ex eodē genere, vel ſm
aliā petitionē ex alio genere inquit reſpiciendum eſſe in
alio ꝓprio aſſignato ſm eandē diuiſionē ſi alicuius alte
rius eſt proprii diuiſoꝝ huic, cuius illud ꝓpriuz aſſigna
tum eſt. Nā ſi nihil contradiuiſoꝝ illi ineſt, neqꝫ erit aſſi/
gnatū propriū de quo aſſignat̄, qđ ſi alteꝝ alterius pro/
priū, vel alia alioꝝ ſi plura fuerint cōtradiuiſa erit ꝑ hoc
oſtenſum ꝙ etiā quęſitū propriū eſt, cuius aſſignatū eſt,
ceu contradiuiſa velut propria aīal ſenſile ꝛ aīal intelle/
ctuale ꝛ contradiuiſa, vt ſubiecta mortalia animalia .ſ. ꝛ
īmortalis deus. Inquit igit̄ ſi animal ſenſile nō erit pro/
priū mortaliū animaliū, neqꝫ animal intellectuale pro/
priū erit īmortalis dei. Ceteruz in loco cōſtructiuo vſus
eſt exēplo tali accipiēs velut vniuerſę animę partes in/
ter ſe contradiuiſe. vz. rationale iraſcibile ꝛ cōcupiſcibi/
le. Equidē accipiēdo virtutes eas quę inter ſe contradiui
dūtur vt prudētia, ꝛ fortitudo tēperantia oſtēdit, ꝙ ſi
propriuz prudentię eſt ſm ſe, vt ſit apta nata eſſe virtus
rōnalis etiā fortitudinis erit, ſicut ſit iraſcibilis, ꝛ tēperā/
tię, vt ſit cōcupiſcibilis ꝓprium hoc vt ꝑ ſe ſit virtus.

¶ Deinde ex caſibus, deſtruenti quidem, ſi ca
ſus caſus nō eſt propriū, neqꝫ profecto caſus
erit propriū caſus, vt qꝛ nō eſt eius, qđ eſt in/
ſte propriū/id qđ bene, neqꝫ iuſti propriū erit
bonū. Conſtruenti aūt, ſi caſus caſus eſt pro/
priū, erit profecto ꝛ caſus caſus propriū. Ut
quia hominis eſt ꝓprium greſſibile bipes, ꝛ
homini erit ꝓpriuz greſſibili bipede dici. Nō
ſolū autē in eo/qđ dictū eſt ſm caſus eſt con/
ſiderādum, ſed ꝛ in oppoſitis, vt in prioribus
locis dictū eſt. Deſtruēti quidē ſi oppoſiti ca
ſus, nō eſt propriū oppoſiti caſus, neqꝫ vtiqꝫ
oppoſiti caſus erit propriū oppoſiti caſus, vt
qꝛ non eſt eius, qđ eſt iuſte/propriū/qđ bene,
neqꝫ iniuſte erit propriū/qđ male. Cōſtruēti
vero, ſi oppoſiti caſus eſt propriuz oppoſiti ca
ſus, erit ꝛ vtiqꝫ oppoſiti caſus propriū oppo
ſiti caſus. Ut qꝛ honeſti eſt propriū optimū,
ꝛ inhoneſti erit propriū peſſimū. Deinde ex
his, quę ſilr ſe habent. Deſtruenti quidē, ſi qđ
ſilr ſe hꝫ, eius, qđ ſimiliter ſe habꝫ/nō eſt pro/
priū, neqꝫ vtiqꝫ qđ ſimilr ſe hꝫ, eius qđ ſimi/
liter ſe hꝫ, erit ꝓpriū. Ut quia ſilr ſe habet ad
extruendū edificiuz edificator. ꝛ medicus ad
efficiendā ſanitatē. Non eſt aūt ꝓpriuz medi
ci efficere ſanitatez, neqꝫ edificatoris erit pro/
priū extruere edificiū. Conſtruenti aūt, ſi qđ
ſilr ſe habet, erit ꝓprium eius, qđ ſimiliter ſe
habet, erit vtiqꝫ ꝛ qđ ſilr ſe hꝫ eius qđ ſimilr
ſe hꝫ proprium. Ut qm̄ ſilr ſe hꝫ medicus ad
¶ Inſuper cuꝫ multifariã idem dicatur, conſiderãdum, ſi ſcḋm aliquem aliũ moduꝫ eadem ſunt. Naꝫ ſpẽ, vel genere eadeꝫ nõ neceſſe eſt numero eadẽ eſſe. Conſideremus itaq; vtrũ ſic eadem, an non ſic. Inſuper ſi poteſt alterũ ſine altero eſſe, non enim erit idẽ. Qui igit̃ ad idem loci, tot dicũtur. Palaꝫ autem ex his, q̃ dicta ſunt, quoniaꝫ omnes, qui ad idẽ ſunt deſtructiui loci, ⁊ ad terminũ vtiles ſunt, vt priꝰ dictum eſt. Nam ſi nõ idem indicent ⁊ nomẽ ⁊ oratio, manifeſtuꝫ, quoniã nõ erit definitio, aſſignata oratio. Conſtructiuoꝝ autẽ locorũ nullus vtilis ad terminũ. Non eni ſufficit cõſiderare idem, qđ ſub oratione, ⁊ noie eſt, ad conſtruendum, quoniam definitio. Sꝫ ⁊ alia oportet omnia habere (quę pręcepta ſunt) definitionem.

¶ Quia bifariam idem vt in prioribus dixit, nũc cẽſet ꝙ ſemꝑ eadẽ dicta ſcḋm aliquem aliũ modũ nõ erũt, ſaltem numero eadẽ, hoc autẽ ſi ſic ſe haberet, ſi erũt eadẽ gñe proximo, ⁊ ſpẽ differẽtia inter ſe, ſane impoſſe eſt hęc cũ ſint ſpẽ diuerſa, vt ſint numero eadẽ. Rurſus ſi quę ſunt ſpẽ ꝓxima eadẽ inter ſe ⁊ numero differrẽt, nõ ſunt eadem, ideo p̃ncipio dixit ꝓ pręſſimuꝫ modũ eſſe dictũ de ipſo eodeꝫ numero, qa videtur eadẽ numero ⁊ ſpẽ ⁊ genere eadẽ eſſe, ideo ⁊ videbũtur q̃dam poſſe gñe eadeꝫ ⁊ ſpecie eadẽ eſſe, quę etiã nil vetat eẽ eadẽ nũero. Opꝫ igit̃ oſtendẽteꝫ ꝙ ſcḋm aliqd aliud hęc ſunt eadẽ quę aliquis ingt eſſe eadeꝫ, ſed nõ quatenus q̃ſtio erat deſtrue-

re dictū ⁊ oſtendere errorez talem aſſignationis, qm̄ ſi poteſt alterū ſine altero eſſe hęc inuicē eadē nō erūt. Patet autē (inqͭ) ex dictis ꝙ hi loci ad idē deſtructiui ⁊ ad deſtructionē diffōnuz vtiles ſunt. Naz per quę oſtēditur ꝙ nō idez aliud alij per eadez pōt deſtrui diffinitio. Nā ſi nō idem ſignificēt nomē ⁊ ratio, nō erit diffinitio, minime tñ conſtructiui loci euſdē, ⁊ ad cōſtructionē diffōnis vtiles eo ꝙ diffō non ſoluz eadē debet eē cū diffinito, ſed etiam indicare, qͦd quid erat eſſe eius, ꝙ nō oē ꝙ eſt idez alicui ſeqͭtur. Nam opz diffōnez ⁊ genus indicare rei ⁊ differētias qͥbus differt res ab his quę ſunt ſimilis generis, ⁊ nihil ſuperuacaneum habere addītū ⁊ euidentiam habere ex prioribus, ⁊ quęcūqꝫ alia quę de diffinitionibus determinata prius ſunt.

¶ Interimere igitur definitionē ſic, ⁊ per hęc ſemper tētandum. Si autē conſtruere voluimus, primū quidez ſcire opz, quoniā nullus/ aut pauci diſputantiū, terminum ſyllō colligūt, ſed omnes principiuz, quod tale eſt, accipiūt, vt qui circa geometriam, ⁊ numeros, ⁊ alias hm̄ōi diſciplinas. Deinde quoniaz exacte quidē alterius eſt negotij aſſignare, ⁊ qd eſt terminus, ⁊ qm̄o definire oportet, nūc aūt quātum ſufficit ad p̄ſentem vtilitatē, tantum ſolum dicēdum, qm̄ poſſibile eſt fieri definitionis, ⁊ eius ꝙ eſt qͦd quid erat eē, ſyllī. Nā ſi terminus eſt oratio, quę qͦd quid erat eē ſignificat, ⁊ opz, ea quę in termino p̄dicant̄, in eo qͦd quid eſt de re ſola p̄dicari. Prędicant̄ autez ſola in eo qͦd quid eſt genera ⁊ differētię. Manifeſtū, quoniā ſi quis ſumat ea, quę ſoluz de re in eo qͦd quid eſt p̄dicari oportet, ꝙ oratio hęc hn̄s, termin⁹ ex neceſſitate erit. Non eniz cōtingit aliud eſſe terminū. Quoniā nihil aliud in eo qͦd quid eſt de re p̄dicat̄. ꝙ igit̄ poſſibile ſit ex termino ſyllm̄ fieri, manifeſtuz. Ex quibus autez opz cōſtruere, determinatuz quidē eſt in alijs diligētius. Ad ꝓpoſitā autez doctrinaz ijdē loci vtiles. Inſpiciēdum eniz in ꝯ̈rijs ⁊ in alijs oppoſitis, ⁊ totas orationes, ⁊ ſm̄ partem cōſiderāti. Nam ſi oppoſita oppoſitę, ⁊ eam (quę dicta eſt) ꝓpoſiti neceſſe eſt eſſe.

¶ Per hęc dicit nōnullos dictos locos in primo libro ad deſtructionez diffōnis, ⁊ per deſtructiuos in eodē libro de ipſo eodem. Deinceps autē aſſignat quoſdam locos quibus ꝓbare conſtruereqꝫ poterimus diffinitionez. Et p̄mo reuocat nos ad memoriaz ꝙ plurimi diffinientes aliquid p̄ncipio diffōnem indemōſtrabilem accipiunt, ſed nō per demōſtrationez ⁊ ſyllm̄. Vnde per hęc conſtituit ꝙ nō facile vt cōſtruere demōſtratiue diffōnem, ⁊ ꝙ nō neceſſe eſt. Nam geometre atqꝫ hi ſm̄ alias ſciētias vt principijs vtūtur diffōnibus nō d̄mōſtrātes eas, ſecūdo conſtituit ꝙ ex acta diligenſqꝫ de diffōnibus tractatio non eſt dialectice, ſed primę ph̄ię, quare duntaxat dicēdū eſt ꝙ pōt fieri diffō ⁊ ſyllogiſmus ipſius qd erat eſſe. i. per ſyllm̄ pōt oſtendi diffō, ſed per demonſtrationem minime, cū eius nō ſit demōſtratio, vt in 2° lib° poſterioꝝ reſolutiuoꝝ oſtēdit, ſed dicimus ꝙ veritatē certitudinis nō eſt demōſtrare, vt etiā ibi demōſtrauit, ſed dialectice, ⁊ ꝓbabiliter poteſt ſyllō rōcinari ⁊ ꝯcludi diffinitio. Pōt etiā vt hic dicit, ⁊ quomō hoc fieri poſſit ſubſcribit indicās. Naz inqͭt ſi diffinitio nullū alterum eſt ꝙ̄ oratio indicatiua eius qd erat eſſe diffiniti, ⁊ ob id opz p̄dicata in diffinitione in qd eſt p̄dicari de ipſa re, ⁊ prędicātur in qd eſt genera ⁊ differētię. Nam ⁊ ſi differentię p̄dicētur in quale quid, tamē in diffōne quid eſt rei ſignificant, patet vt ſi qs cōponeret orōnem ex gn̄e ⁊ differētia indicātibus qd erat eſſe rei ꝙ diffinitionez fecit, qa non cōtingit aliter fieri diffō, niſi fuerit aliud genus ⁊ differentię indicātes qd erat eē rei. Deinde inqͭt, qͦd igitur cōcedit ac ſyllōs fieri de diffōne. vz. dialectice, ſꝫ nō demōſtratiue determinatuz eſt in alijs diligētius, vt in 2° libro poſterioꝝ reſolutiuoꝝ, ⁊ in 7° metaphy. Sed ad ꝓpoſitam methoduz ydez loci vtiles ad cōſtructionez diffōnum ſm̄ dialecticē methoduz inqͭt. eoſdem locos eſſe vtiles. vz. aſſignatos ad deſtructionē diffōnuz. Naz qa in libro ante hunc aſſignauit deſtructiuos diffōnum ab oppoſitis, a cognatis ab alijs, de qͥbus etiaz nūc mētionem facit, ſunt loci vtiles ⁊ ad cōſtructionē ꝓblematum. Eteniz ⁊ accidēs a cōtrarijs conſtrui pōt, ⁊ genus ⁊ propriū, nam ſi cōtrarium cōtrario accidit, ⁊ ꝓpoſito eodē modo, ⁊ ſi cōtrarium cōtrarij genus vel ꝓpriū fuerit ⁊ ꝓpoſiti ſimilr̄, ⁊ in cognatis, atqꝫ in alijs quos apponit. Nam cōes loci ab oppoſitis cūctis generibus ꝓblematum vtiles ſunt ad cōſtructione ⁊ deſtructionem, vt etiam hi a caſibus, ⁊ hi a cognatis, ⁊ hi alij de quibus mentionem facit.

¶ Quoniā autē ꝯ̈rioꝝ plures complexiōes ſunt, ſumēda eſt ex contrarijs qualiſcūqꝫ maxime apparebit contraria definitio, totas igit̄ definitiones (vt dictum eſt) cōſiderandum. Scđm partez autē, hoc pacto, primum qdē, quoniā aſſignatuz genus recte aſſignatū eſt, nam ſi cōtrarium in cōtrario, ⁊ ꝓpoſitum non eſt in eodez, manifeſtuz, quoniam in cōtrario erit. quoniā neceſſe eſt cōtraria in eodez genere, vel in cōtrarijs generibus eſſe. Et differētias quidē cōtrarias de cōtrarijs arbitramur p̄dicari, vt de albo ⁊ nigro. Naz illud quidē diſgregatiuū/hoc autē cōgregatiuū viſus eſt. Quare ſi de cōtrario cōtrarię p̄dicant̄, de ꝓpoſito, quę aſſignatę ſunt, prędicabunt̄. Quapropter cum ⁊ genus ⁊ differentię recte aſſignatę ſunt, manifeſtum, quoniam definitio erit, quę aſſignata eſt.

¶ Inqͭt enim opz incipiēdo a notiore facere cōſtructionem, vtēs igit̄ rationes ab oppoſitis, ſic opz facere conſtructionē, ⁊ deinceps docet quonā pacto pōt fieri conſtructio particularis, ⁊ in cōtrarioꝝ cōplexione inqͭt, ꝙ ſi vtriūqꝫ ꝯ̈riorum per cōtraria diffinitiuz fuerit ſumēdū eſt a duabus diffōnibus id qͦd magis apparet cōtrarium, ceu eſto vtilis diffō ipſum effectiuū boni, ⁊ diffinitio nociui effectiuū mali, aut corruptiuū boni, ſumēdū igit̄ ab his diffōnibus duabus nociui ꝙ maxime apparet ꝯ̈riū

diffõni vtilis. Rurſus amicitia eſt effectrix ipſius boni & inimicitia ipſius mali, aut ipſius non boni, ſumatur igiẽ etiam in his ea quę videẽ apertior cõtraria. Deinceps quoq; docet quo pacto fieri queat cõſtructio particularis, & qa partes diffõnis ſunt genus & differẽtia oſtendit quomõ pmo genus cõſtruemus, & ingt primo igiẽ q aſſignatuȝ genus recte aſſignatuȝ ſit cognoſcemus & oſtẽdemus a cõtrario illi cuius diffinitio aſſignata eſt. Naȝ ſi cõtrarium in cõtrario eſt huius in quo ppoſitum ponebatur, & nõ põt hoc ppoſituȝ ſub eo genere eẽ in quo cõtrarium eſt, patet q in hoc erit in quo aſſignatuȝ eſt. Nam cõtraria vel in eodẽ genere vel in ꝯtrarijs generibꝰ eſſe oſtenſa ſunt, vt ſi acciperẽ virtus genus iuſtitię, dicẽdum q bene aſſignatũ eſt. Naȝ ſi contrariũ eidẽ iniuſtitia, vt in genere malitię reducitur, & ppoſitum iuſtitia nõ eſt vt in genere malitię, patet q in cõtrario reducẽ, videlicet virtute. Nam cõtraria vel in eodem genere reducunẽ, vt albũ & nigruȝ in colore, vel in cõtrarijs generibus, vt iuſtitia & iniuſtitia in virtute & malitia. Verũ minime adiecit, aut eadem genera eẽ, vt in pdicamẽtis dixit, qa neq; vtile erat ad hoc ppoſitum illud additũ, qppe nũc non eſt q̃ſtio ſi genus eſt ppoſituȝ, ſed ſub aliquo genere. Itẽ differentiarũ iudiciũ ingt ex contrarijs faciemus. Nam ſi de cõtrario diffiniti cõtrarię differentię pdicãtur, & de ppoſito aſſignatę rõnabiliter pdicarẽtur, vt ſi de iuſtitia aſſignarẽ hoc habitus diſtributiuus ęq̃lis & ęqui, cõſiderãduȝ eſt ſi cõtrarij. ſ. iniuſtitię cõtraria differẽtia. vȝ. diſtributiuũ de inęquali pdicetur, & cum hoc apparet merito aſſignata eſt contraria differentia iuſtitię, ſed in his affert inſtantiam.

¶ An nõ neceſſarium eſt de cõtrarijs contrarias differẽtias pdicari, niſi in eodem genere ſint cõtraria. Quorũ autẽ genera ſunt ꝯtraria, nihil phibet eãdem differẽtiaȝ de vtriſq; dici, vt de iuſtitia, & iniuſtitia. Naȝ illa qdem virtus, hęc autem vitium animę eſt, quare id animę differẽtia de vtriſq; dicitur. Quoniã & corporis eſt virtus, & vitium.

¶ Naȝ eorũ quę ſunt ſub eodẽ genere nunc eſt ſpecificas differẽtias cõtrarias eſſe, vel oẽs aut quaſdaȝ, omnes qdem vt de graui & leui, naȝ genus eſt corpus & differẽtię grauis ſunt craſſuȝ denſumq; & deorſum ferri, & leuis ſubtile & ſurſuȝ ferri, vnde diceremus rurſus graue natura ſuapte deorſum ferri, & leue ſurſuȝ natura ferri. Nam hoc eſt cõmunis differẽtia in ambobus, & hoc adueniẽs nõ cũctas differẽtias ipſorũ contrarias eẽ fecit, & eorum ſub cõtrarijs generibus nõ neceſſe eſt cõtrarias eẽ differentias, nã poſſibile eſt vt cõem quãdaȝ differẽtiã habeãt, & q hoc ſic ſe habeat oſtẽdit in iuſtitia & iniuſtitia, naȝ hę cũ ſint genera ſubcõtraria, nã alia eſt ſub virtute, & alia ſub malitia eadẽ differẽtiã habẽt, nã illud aię vtriſq; cõmunis differẽtia eſt. Eteniȝ iuſtitię eſt animę virtus & iniuſtitia eſt animę malitia, naȝ illud (animę) ſeiũgit ipſas a corporalibus virtutibus & malitijs, nam vt differãt inter ſe ſufficit ipſis, vt ſint contraria genera, verũ ad ea q̃ ſunt in corpore pdicta eſt differẽtia. Cõtingit tamẽ & q̃dam genera ſub cõtraria exiſtẽtia habere differẽtias ꝯtrarias, vt quãdo dicimus iuſtitiã virtutẽ ęq̃litatis effectricem, & iniuſtitiã malitiam ęqualitatis corruptricem.

¶ Id tamẽ veruȝ eſt, q cõtrariorũ aut ꝯtrarię, aut eędeȝ differẽtię ſint. Quare ſi de contrario cõtraria pdicatur, de hoc autẽ non, manifeſtuȝ, quoniã quę dicta eſt, de hoc pdicabiẽ. Vniuerſalr autẽ dicẽdo, ſi definitio eſt ex genere, & differẽtijs, ſi ſit cõtrarij definitio manifeſta, & quę ppoſiti definitio mãifeſta erit. Quoniã & vo ꝯtrium vel in eodẽ genere, vel in cõtrario. Similr autẽ & differẽtię, aut cõtrarię de cõtrarijs, aut eędeȝ pdicantur, manifeſtuȝ, quoniã de ppoſito aut ideȝ genus pdicabitur qđ & de contrario. Differẽtię autẽ contrarię vel oẽs, vel aliquę, reliquę autem eędẽ, aut cõtra differẽtię quidẽ eędem, genera autẽ cõtraria, aut ambo cõtraria genera, & differẽtię. Eadẽ enim eẽ ambo non ꝯtingit. Si autẽ ſecus, definitio eadem cõtrariorum erit.

¶ Hoc autẽ ſubiunxit poſt inſtantiã quaſi dicẽdo q contrariorũ, qa cõtrarię ſunt differẽtię vel eadẽ, ſilr erunt & ipſa genera cõtraria, vel eadẽ. Eteniȝ genus, vel ideȝ, vel cõtrarium eſt, q̃re patet vt ſi de cõtrario cõtraria pdicatur differẽtia, & de ppoſito non pdicatur eadẽ differẽtia, dicta. vȝ. cõtraria pdicabitur de eodeȝ, & ob id ponit vlem methoduȝ dicẽdo, vt qa diffinitio eſt ex genere & differẽtijs ſi fuerit nota cõtrarij propoſito diffõ, nota etiam erit huius. Naȝ qa cõtrariuȝ in generibꝰ eiſdeȝ eſt, vel in cõtrarijs, ſimilr etiã differẽtię ꝯtriorũ vel eędẽ vel cõtrarię ſunt, patet q ppoſitum, vel ſub eodẽ genere cum ſuo cõtrario, vel ſub cõtrario genere, & ſi ſub eodeȝ, vel oẽs differẽtias cõtrarias habebit, vel aliquas ꝯtrias illis illius, & aliquas eaſdẽ, ſi autẽ ſub cõtrario gñe, & ſic cõtrarias eſſe differẽtias cõtingit. Item poſſunt eſſe eędem nõ omnes, ſed q̃dam, vel etiã ambo contraria, & genera, & differẽtię, ſed minima poſſunt ambo eadẽ habere genus & oẽs differẽtias. Nam ſic nõ amplius eẽnt diffinita contraria ſub eadem, ſic ergo contrariorũ eadem diffinitio erit q eſt abſurdum.

¶ Inſuper ex caſibus, & cõiugatis. neceſſe eſt eniȝ ad genera genera, & ad terminos terminos cõſequi. Vt ſi obliuio eſt ſciẽtię amiſſio, & obliuiſci amittere ſciẽtiaȝ erit, & oblituȝ eẽ amiſiſſe ſciẽtiam. Vno igitur eorum, quę dicta ſunt, cõceſſo, & reliqua concedere neceſſe eſt. Similr autẽ & ſi corruptio diſſolutio ſubſtantię eſt, & corrũpere diſſoluere ſubſtãtiaȝ erit, & corruptiue diſſolutiue, & ſi corruptiuũ diſſolutiuuȝ ſubę, & corruptio diſſolutio ſubſtãtię erit. Similr auteȝ & in alijs. quare vno quouis ſumpto, & reliqua omnia cõcedãtur, opȝ. Et ſimilr ſe habẽtibus adinuicem, nam ſi ſalubre eſt effectiuum ſanitatis, & habile effectiuuȝ bonę habitudinis erit, & adiutiuum effectiuum boni. Naȝ ſimilr vnũquodq; eorũ, quę dicta ſunt, ad ſuũ finẽ ſe habet, q̃re ſi vnius eorũ definitio eſt effectiuum eſſe finis, & reliquorum cuiuſq; ſic erit definitio.

¶ Nam ſi alicuius coniugatorũ diffõnem acceperimus,

inueniemus etiã alia, & vt in generatione accipiẽdo aliquis qd eſt generatio, demõſtrauit etiã diffõnes coniugatorũ in generatione, nam de quo vno coniugatoꝝ diffinitio ↄcederet̃, erit ẽt per illud de alijs conceſſa.

¶ Inſuper ex eo, qđ eſt magis, & ex eo, qđ eſt ſimilr̃, quoties contingit conſtruere duas ad duo cõparãdo. Vt ſi magis illa illius, q̃ hęc huius definitio eſt, hęc autẽ, quę minus videtur, definitio eſt, & illa q̃ magis. Et ſi ſimilr̃ illa illius, & hęc huius, ſi altera alterius, & reliq̃ reliquę. Vna autez definitione ad duo cõparata aut duabus definitionibus ad vnum, nequaq̃ vtilis eſt ea cõſideratio, quę ex magis eſt. Nam neq̃ vnam duorũ, neq̃ duas eiuſdem definitiones poſſibile eſt eſſe.

¶ Nõ accipit idẽ p̃dicto, naz ibi ſm analogiam ꝓportio neq̃ ſimilitudo accipiebat̃, hic ṽo ſimpliciter & ꝓprie dicta, igit̃ plures loci aſſignati ſunt ab ipſo magis & min⁹, & ab ipſo ſilr̃ conſtructiui & deſtructiui. Vnde q̃tuor ſunt ab ipſo magis & minus, & tres ab ipſo ſimilr̃, ingt ergo illis locis vti oportere ad cõſtructionez diffõnis, qb⁹ fieri hoc põt. Eſt autẽ per hũc ſolum in quo duo erãt ad duo dicta, & in ipſis magis & minus, & in ipſo ſimilr̃. Nam neq̃ per hũc in quo vnũ circa duo dixit ꝙ ſigt magis & minus fieri põt conſtructio diffõnis, nam magis eadẽ eiuſdem diffinitio, & minus, nã magis eadẽ eiuſdẽ diffinitio & minus non põt eſſe. Non eniz eadẽ & vna diffõ ſuſcipit magis & minus. Itẽ neq̃ ob id in quo duo circa vnuz tãq̃ magis & minus inſit eidez. Itẽ neq̃ ſi ſimile fuerit. Tales autẽ fuerunt loci quando dixit. [Hoc huic magis q̃ huic ineſt. Et dicẽdo hunc hoc magis q̃ B ineſt] ſimilr̃ & ab ipſo minus & ſimilr̃. His igitur non poſſumus vti ad cõſtructionez diffõnis. Nam fieri non põt vt idez ſit plurium diffõnuz, vel ꝙ diffinitio ſit huius magis, hui⁹ ṽo minus, vel ſimilr̃. Nam ambo fuerãt dicẽtes ſi aliõ magis, alterum ṽo minus ineſt, vel ambo ſimilr̃, nã impoſſibile eſt per hęc cõſtruere diffõnem, qa impoſſe eſt vni⁹ plures eſſe diffõnes, vel ſimilr̃, vel huius qdem magis, huius ṽo minus. Relinquitur aũt locus in quo duo erãt ſubiecta, & duo de eiſdez dicta, ſi aliud magis q̃ aliõ ineſt, & aliud minus q̃ alterũ vel vtrũq̃ vtroq̃ ſimilr̃, ſm hũc ſoluz modũ cõmunez eſt ab ipſo magis & minus, & ab ipſo ſimilr̃ cõſtruere diffõnez. Et hęc eſt continuatio contextus. Inſuper (ingt) quoties cõtingit conſtruere ex magis, ceu ſi tẽperantię magis diffinitio eſt corpus moderare, q̃ iuſtitię diffinitio habitus diſtributiuus ęq̃lis, rurſus minus eſt diffinitio iuſtitię habitus diſtributiuus ęq̃lis q̃ hęc diffinitio tẽperantię corpus moderare poſſibile dici nõ eſt ſi magis diffinitio eſt, erit etiã minus, & ſi magis nõ eſt, neq̃ minus ſi accipiãtur duę diffõnes & ad duo comparẽtur ſubiea. Eodẽ quoq̃ modo ex ipſo ſimilr̃. Nam ſi ſimilr̃ hęc diffinitio eſt fortitudinis habit⁹ circa corruptiua audatię effectrix, ſilr̃ diffinitio erit iuſtitię habitus ęq̃lis diſtributiuus, ſi autez altera nõ eſt alterius, neq̃ altera alterius. Quod ſi acceperis vt diffinitionem ad duo ſubiea nõ tibi ꝓderit ex ipſo magis conſideratio. Nõ eniz dici põt, ſi hęc magis eſt diffinitio hui⁹ q̃ huius, & eſt huius diffinitio, igit̃ & huius erit. Neq̃ .n. contingit accipere vnã diffõnez duobus ſubiectis, quia neq̃ vna diffõ duoruz ſubiectoꝝ indiuiduoruz nõ inue-nitur, ſed neq̃ duę diffõnes ad vnuz ſubiectũ, non enim dici poteſt, ſi hęc magis diffinitio eſt huius q̃ hęc, & eſt diffinitio hęc huius, & hęc erit.

¶ Sunt autẽ opportuniſſimi locorum, & qui nũc dicti ſunt, & qui ex caſibus, coniugatiſq̃ ſunt. Quocirca & oportet maxime detinere, & promptos habere hos. (Vtiliſſimi eniz ad plurima) & aliorũ eos, qui maxime ſunt cõmunes, naz cęterorũ illi maxime efficaciſſimi, vt inſpicere in ſingularibus, & conſiderare in ſpẽbus, ſi conueniat definitio. Quoniaz vniuoca ſpẽs eſt. Eſt autem vtilis hic locus, ad eos, qui ponũt ideas eẽ, vt pri⁹ dictũ eſt.

¶ Inſup ad conſtruẽdam diffõnem vtiliſſimi loci ſunt ex ipſo magis & minus, & ſimilr̃ oſtẽdentes vt ſuperi⁹ dixit. Item loci a caſibus coniugatiſq̃, ideo & promptiores ipſos habere opz. Sunt eniz opportuniſſimi cũ ꝓpter manifeſtationez, tuz etiam ob efficatiaz. Ingt autẽ opz & ab alijs aſſignatis locis vti maxime cõibus .i. qui ad plura genera ꝓblematuz cõgruunt, & hos habere prõptos, nã hi efficaciſſimi ſunt loci & vtiliſſimi. Dicit autẽ talem eẽ aſſignatum ab ipſo p̃ncipio tractationis huius ꝑ quem ſtatuebat inſpiciendũ eſſe ſi dictuz ꝙ alicui ineſt, etiã oĩbus ſub ipſo ineſt. Eteniz in cõſtructione & deſtructione diffõnuz eſt vtile hoc. Verũ dicendo ꝙ eſt inſpiciendũ ad ſingularia, adiecit etiã cõſiderandũ eſſe in ſpẽb⁹, naz ſi ſpẽs vel indiuidua ſunt, quoꝝ diffinitio aſſignata eſt, ad ſingularia, ſiue indiuidua ſolũ reſpiciendũ eẽ ingt, ſi autẽ genera & in ſpẽs ſub ipſis reſpiciendũ eſt. Dicit autem vtilẽ eſſe hunc locũ, & hanc cõſiderationẽ ad deſtructionez ideaũ & ſpẽruz, naz eadẽ ratio non cõpetit ſingularibus, & ideę ad quã hęc ſingularia ſunt. Neq̃ eni ideę ratio cõpetit ipſis, neq̃ illoꝝ illa, opz autẽ ſpẽbus vniuoca eſſe ea quę ad hęc fiunt & ſunt.

¶ Inſuper ſi per metaphorã dixit nomen, aut idem de eodem p̃dicauit, vt diuerſum. Et ſi quis alius cõmunis, & efficax locoruz eſt, illo vtenduz. Quoniã autẽ difficilius eſt cõſtruere q̃ deſtruere terminum, ex his, quę poſtea dicẽtur, manifeſtuz. Nam noſſe ipſum, & ſumere a reſpõdentibus hmõi ꝓpoſitiones nõ facile eſt, vt quoniã eoꝝ, quę ſunt in aſſignata oratione, hoc quidez genus, illud autez differentia. Et quoniaz in eo qđ quid eſt genus, & differentię p̃dicãtur. Sine his ṽo impoſſibile eſt definitionis ſyllogiſmum fieri. Nam ſi q̃dam etiaz alia in eo qđ quid eſt de re p̃dicãtur, incertuz eſt, neq̃ dicta eſt, an alia eius definitio eſt. Quoniã definitio eſt oratio quod quid erat eſſe ſignificans. Manifeſtuz autez & ex his, naz facilius vnuz q̃ multa cõcludere, vnum enim quodcũq̃ ſit, deſtruentes, interempturi ſumus terminuz. At conſtruenti, omnia neceſſe eſt cõſtruere, quoniã inſunt, quę in termino inſunt. Inſuper conſtruẽti q̃dem, vniter ſtatuenduz ſyllogiſmũ, nam opz

**de omni/de quo nomē p̄dicari ⁊ terminū.**

¶Cum dixerit qui ſunt loci vtiles ad cōſtructionē diffinitionū ⁊ mētionē feciſſet de quibuſdam p quos poſſumus nō ſolū cōſtruere, ſed etiā deſtruere diffōnem, addit etiam hos cōmunes deſtructiuos locos dicendo ꝙ dignū eſt etiā hos pꝛōpꝛios habere velut maxie vtiles, ſunt autē quādo fit trāſlatio metaphoꝛaqꝫ noīs vel vt̄e vtimur abuſiue ⁊ nō ꝓprie noīe. Naꝫ qui ſic diffinit nō bene diffinit cuꝫ ideꝫ de eodem p̄dicatum efficiat tāꝙ poſterius: aſſignatiōe diffōnis nō diffinit ⁊ abuſiuo nomine vtitur, ceu dicēs tēperantia eſt cōſonantia aīe. Nā conſonantia ꝓprie in cordis dicit̄. Item idē de eodeꝫ p̄dicatur ſi dixerit, aliquis hō eſt animal rōnale moꝛtale homo. Quod vo difficilius ſit conſtruere ꝙ̄ deſtruere diffōnem ex dicēdis planuꝫ (inqt) erit. Etenim difficile eſt accipere a reſpōdente tales ꝓpōnes quibus oſtēdet̄ diffinitio, nā opꝫ accipere ſi dꝫ aliquis oſtēdere ꝙ diffinitio ſit hec, qa aſſignare in diffōne hoc genus, ⁊ h̄ differētiam eſſe, ⁊ ꝙ in qd eſt p̄dicentur ſoluꝫ, hec ſane difficilia ſunt. Pꝛoꝛſus eniꝫ nō ſequuntur talia, ſed niſi hec cōcedantur impoſſe eſt oſtēdere ꝙ diffinitio aſſignata ſit ratio, naꝫ ſi fuerint etiā quedaꝫ alia in quid eſt p̄dicata de pꝛopoſito ⁊ non ſola genus ⁊ differētia que in aſſignata rōne compꝛehendūtur, nōdum notuꝫ eſt, ſiue hec diffinitio eſt ꝓpoſiti, an ⁊ q̄dam alia, qa diffinitio eſt ſi genus quid erat eſſe, ſed rō pꝛopoſiti in qd eſt p̄dicatur. Iteꝫ pꝫ ex his, nam facilius eſt vnum cōcludere ꝙ̄ plura, qa facilius eſt deſtruere ꝙ̄ cōſtruere diffōnem. Nam ad conſtruendā diffōnem opꝫ oīno ſyllō accipere ⁊ oſtendere omnia ineē ꝓpoſito que in diffōne aſſumpta ſunt, naꝫ ſi non oīa inſunt nō erit diffinitio, ſed ad deſtruendum ⁊ oſtēdenduꝫ ꝙ nō diffinitio eſt aſſignata rō, ſufficit etiā vnum oſtēdere eoꝝ que ſunt in diffōne non ineſſe diffinito. Nam vno caluniato reiectoqꝫ vniuerſa diffinitio ſublata eſt, nā facilius eſt vnū cōſtruere ꝙ̄ plura. Itē cōſtruentē diffōnem neceſſe eſt (inqt) vl'r ⁊ affirmatiue cōcludere, qa que ſunt in diffōne de omni diffinito p̄dicantur, ⁊ ꝙ cōuertitur de quo ratio ⁊ nomē p̄dicatur, ſi quidem eſt aſſignata ratio ꝓpria rei, ſed deſtruentē nō neceſſe eſt vl'e cōcludere. Nō enim ſoluꝫ tollitur ſi nulli eoꝝ que ſub noīe ſunt, ratio ineſt, ſed etiā ſi alicui oſtenderet̄ non ineſſe, nam ſufficiens eſt deſtruēti vl'e oſtendere ꝙ nō alicui ineſt aſſignata rō eoꝝ que ſunt ſub nomine. Itē ꝙ non cōuertitur diffinitio cuꝫ diffinito h̄ neceſſarium eſt ſi deſtrui dꝫ diffō, vt erat neceſſariū. vꝫ. ad conſtruendū, ſed nō eſt vtile hoc ad deſtructionē diffōnis. Naꝫ ſufficiens eſt oſtēdere hoc de quibus nomē ꝙ de nullo eoꝝ cōpetit ratio, nō tamē ⁊ ecōuerſo ſm̄ conuerſionem, ꝙ quibus ratio nō cōpetit nomē p̄dicat̄, nam eſt equale hoc de quo nomē p̄dicatur nō cōpetere ei rōnem huic, cui non cōpetit ratio nomē p̄dicatur, ſed non velut cōferens vſui deſtructionis. Ceterū inqt obſeruādam eē cōuerſionē in hoc qppe diffō aſſignata non eſt rō, eſt igitur difficilius ꝯſtruere diffōnē ꝙ̄ deſtruere.

**¶Et etiā ad hec, cōuerti de quo oratio, ⁊ nomen, ſi debeat ꝓprius eſſe aſſignatus terminus. Deſtruēti vo non neceſſe oſtēdere vl'r. Sufficit eniꝫ oſtēdere, quoniaꝫ de quodam eoꝝum, que ſub noīe ſunt, oratio nō verificat̄. Et tā etſi vniuerſale opoꝛteat deſtruere, non tamē cōuerti neceſſariuꝫ ⁊ in deſtruendo. nā ſufficit deſtruenti vniuerſale oſtēdere, quoniam de aliquo eoꝝ de quibus nomē p̄dicatur, oratio non p̄dicetur. At econuerſo nō neceſſarium, vt oſtendatur, quoniaꝫ de quibus oratio non p̄dicat̄, neqꝫ nomen p̄dicet̄. Preterea etiaꝫ ſi omni ei ineſt, quod ſub noīe eſt, modo nō ſoli, interempta eſt definitio.**

¶Sufficiebat, inqt deſtruenti vl'r oſtēdere ꝙ nulli ineſt aſſignata ratio eoꝝ ſub noīe, ſed non amplius opus eſt deſtruere oſtēdendo ꝙ non ꝯuertūt̄ que conuerſio eſt h̄ de quibus ratio p̄dicatur de nullo hoꝝ nomen p̄dicatur, nō enim vtile eſt hoc ad deſtructioneꝫ diffiniti, naꝫ ſufficiens eſt oſtēdere hoc de quibus nomē de nullo hoꝝum ratio, videt̄ tamē hec non negatiue intuliſſe cōuertere, ſcꝫ cum pmo, ſed ideꝫ. Naꝫ idē tunc de nullo de quibus nomē p̄dicatur, ⁊ ratio p̄dicatur, ⁊ hoc de quibus ratio nō pꝛedicatur nomē p̄dicatur, naꝫ hoc eſt cōuerſum cuꝫ p̄dicto, hoc de nullo eoꝝ de quibus diffinitio p̄dicatur, ⁊ hoc ꝙ de quibus nō p̄dicatur rō, nomē tamē equale etiā hoc illi pōt eſſe. Aut cōuertere dixit de hoc ꝙ de nullo de quibus nomē p̄dicatur ⁊ ratio p̄dicatur, etiā de quibus ratio p̄dicatur nomen p̄dicatur, ſed eſt equale dictuꝫ, ac ſi diceret nihil cōfert ad oſtēdendū ꝙ de nullo, quoꝝuꝫ nomen p̄dicatur, ⁊ ratio p̄dicat̄, ꝙ ꝓpoſitio conuertat̄. Foꝛte etiā illud nō neceſſariū eſt conuertere oſtendit ꝙ deſtruit̄ vl'e, quia vl'e negatiuuꝫ cōuertitur ⁊ nō eget demonſtratione. Quāto igit̄ difficilis eſt oſtendere vnuꝫ ꝙ̄ plura, ⁊ vnū vl'e affirmatiuuꝫ huius cōuerſum .i. particulare negatiuum cōcludere, vel ēt vl'e negatiuū, tāto difficilius eſt diffinitionem conſtruere ꝙ̄ deſtruere.

**¶Similiter autē ⁊ circa ꝓpꝛium ⁊ genus ſe habet. In vtriſqꝫ enim deſtruere ꝙ̄ cōſtruere facilius eſt. De ꝓpꝛio qdem, manifeſtū ex his, q̄ dicta ſunt. Naꝫ vtplurimū in cōplexione ꝓpꝛium aſſignatur, quare deſtruere qdeꝫ eſt vnum interimenti. Conſtruēti vo oīa ſyllogiſmo colligere neceſſe eſt. Inſuper ⁊ reliqua fere omnia, q̄ ad definitionem, ⁊ ad pꝛopꝛium cōueniet dici. Nā ⁊ omni opꝫ, qd ſub nomine eſt conſtruenti mōſtrare, quoniā ineſt. Deſtruenti auteꝫ ſufficit oſtēdere vni nō ineſſe. Preterea ſi omni ineſt, non autem ſoli, etiaꝫ ſic deſtructum ſit, perinde ac in definitione dicebatur. De genere autē, quoniā conſtruere quideꝫ neceſſe eſt vno modo/qui oī oſtendit ineſſe, deſtruēti auteꝫ dupliciter. nā ſiue nulli, ſiue alicui oſtēſum ſit non ineē, intereptuꝫ eſt qd in pꝛincipio. Preterea conſtruenti quidem non ſufficit, quoniam ineſt, oſtendere. Sꝫ ⁊ quoniā vt genus ineſt, oſtēdendū. Deſtruenti autē ſufficit oſtēdere nō ineſſe, vel alicui, vel nulli. Videtur inſup quēadmodum in alijs coꝛrūpere ꝙ̄ facere facilius, ſic ⁊ in his deſtruere ꝙ̄ conſtruere.**

¶Vtplurimū inqt. ꝓpꝛium in cōplicatione .i. cum gene/

re dici, nam dixit in ſermone de pprio φ opʒ poſt gen⁹ aſſignationē ppꝛij facere. Dixit autē [vt plurimū] q̄a aſſignatur aliquādo, ⁊ per ſoluʒ nomen, vt quādo dicim⁹ propriū eſſe boni decens, ⁊ fęlicitatis indigēs. Maxime autēʒ ſic aſſignatur ppꝛia in primis generibus eo φ nequeunt ipſa cōplicari cū genere, ſic ſubiecto propꝛium eſt in ſubiecto non eſſe, ſi ergo ⁊ ppꝛium in cōplicatione dicitur, opʒ etiam omnia quę inſunt p̄dicto oſtēdi, ⁊ vniuerſalr ⁊ φ conuertitur. Nam ſoli pprio vnum deeſt p̄ter diffinitionem q̄ꝺ q̄d erat eſſe nō ſigniat, ſed ad deſtruēduʒ ppꝛium per ſe ſufficit ⁊ vnuʒ aliquid oſtendere eorum quę in aſſignatione ppꝛij aſſerūtur propoſito non ineē, atq̧ vni alicui eoꝝ ſub p̄dicato non ineſſe aſſignatuʒ ppꝛium, ſed etiā ſi omni ineſt, non ſoli autē, tollitur ⁊ deſtruitur propꝛium ⁊ celereʒ oſtēdit etiā de genere φ deſtruere facilius eſt q̄ʒ cōſtruere, nam conſtruitur genus vno modo tantū, vt per vniuerſale affirmatiuū, ſed deſtruitur dupliciter per vl'e, ⁊ negatiuum particulare.

℄ In accidēte v̾o vl'e quideʒ facilius deſtruere q̄ʒ cōſtruere. Nā cōſtruēti q̄dem oſtendēdum, q̄m̄ omni, deſtruēti aūt ſufficit oſtendere vni nō ineſſe. Particulare v̾o ecōuerſo. nā facilius cōſtruere q̄ʒ deſtruere. Conſtruenti enim ſatis eſt oſtēdere alicui ineſſe, deſtruēti autem oſtēdendum, quoniam nulli ineſt.

℄ Inſuper accidens vl'e facilius eſt deſtruere q̄ʒ cōſtruere, ſed particulare econtra, nā qui cōſtruit φ hoc accñs omni homini ineſt, nō hʒ hoc facilius facere, naʒ impoſſibile eſt verificari albū de oībus hominibus dictum, ſʒ qui deſtruit pmpte opportuneq̧ oſtēdet φ albū vni nō ineſt, vt Socrati, ⁊ ſic euertet vl'e problema, ſed particulare, vt φ albuʒ alicui ineſt facilius eſt conſtruere q̄ʒ deſtruere, nā ſufficit ad cōſtructioneʒ oſtēdere φ alicui ineſt, ſed deſtruere difficile, ⁊ oſtēdere nulli ineſſe album, nā īpoſe eſt nulluʒ hoīem eſſe album, naʒ hāc [aliq̄s] ħ nullus tollit, q̄a nō oīs in aliq̄bus verificatur ſimul.

℄ Manifeſtū autē qua de cauſa oium facilimum eſt terminū deſtruere. Plurima enim ſunt in ipſo data multoꝝ dictoꝝ. Ex plurib⁹ autē citius fit ſylls. Nam veriſimile in multis magis q̄ʒ in paucis peccatum fieri. Inſuper ad terminuʒ quidem cōtingit per alia argumētari. Siue enim non ppꝛia ſit definitio, ſiue non genus, q̄ꝺ aſſignat̄, ſiue nō ineſt, aliquod eoꝝ, quę ſunt in definitione, itērēpta fit definitio. Ad alia aūt neqʒ per ea, quę ex terminis, neqʒ p alia cōtingit oīa argumētari.

℄ Manifeſtū igitur. inq̄t φ deſtruere diffōneʒ facilius lōge eſt omnibus problematibus de proprio, de genere ⁊ accidente. Naʒ cum plura ſint obſeruāda in diffinitione, vt φ conuertat̄ diffinitio cuʒ diffinito, φ ſubſtantiales ſint differentię, φ non ęquoce voces ſumantur, nec abuſiue, plura etiam ſunt aſſignata in his ad deſtructionem, nam ex pluribus obſeruatis facilius, fit etiam ſyllogiſmus deſtructiuus, nā vbi plura obſeruanda ſunt, plura etiam accidit fieri peccata, ⁊ vbi pauca, patet etiā φ pauca peccata fiunt, nam qui longius iter facit, ⁊ celeriter abſoluere ambulando contendit incidit in plures caſus, q̄ʒ qui breuius ⁊ ſegnius pertranſit. Iteʒ in domo habente plures ingreſſus aditusq̧ fur nocturnus facili⁹ ingrederetur q̄ʒ in ea quę habet vnum aditum. Similiter in diffinitione qui nititur inquit. deſtruere diffinitionem, poteſt arguere φ non accepit ſecum diſputans pximum genus in diffinitione, ⁊ φ alienuʒ eſt aſſumptū genus, vel φ non conuertitur ad diffinitum, vel φ ęquocas vel metaphoricas accepit voces, vel quęcunque alia quę aſſignatio in locis deſtructiuis. Nam neceſſe eſt cum plura ſint obſeruanda, vt lateat ſm aliquid vel ſm plura componentia diffinitionem, igitur qui deſtruit diffinitionem poteſt etiam per alia loca quibus deſtruimus problemata propria generica, ⁊ de ipſo accidentem deſtruere ipſam. Nam per quę propriuʒ oſtēditur non conuerſum ad quod aſſignatur, per eadem etiam diffinitio deſtruetur, perinde ac non conuertatur cum diffinito. Rurſus per quę aſſignatū genus oſtēditur alienum eſſe vel non proximum, vel non ſubſtātialiter dictum per eadem oſtendetur, vt ſumptum in diffinitione genus, vel non ineſſe genus, vel non ineſſe diffinito. Rurſum in problematibus ab accidente, vt forte ſi oſtenditur album non ineſſe Socrati, ſic ſi aſſignaret aliquis diffinitionem hominis φ ſit ſubſtantia animata irrationalis, vel diffinuerit mortē eſſe potum humidum, ſi tolleretur aliqua pars earum in tota diffinitione, ⁊ tota deſtruetur, per quę igitur deſtruunt̄ alia etiam diffinitio deſtruetur, non tamen per quę diffinitio tollitur, ⁊ alia tolluntur. Non enim omnia quę ſunt diffinitionis ſunt vtilia ad conſtructionem alioꝛuʒ. Neq̧ enim ſi oſtenderetur in diffinitione riſibile cum non ſit ſubſtantiale homini iam tolleretur non propꝛiuʒ eē homini, neq̧ ſi non proximuʒ genus non bene aſſignatum, iam tolleretur ⁊ non genus eſſe, ſimiliter neq̧ ſi album ſubſtantialiter dicitur de aliquo homine iaʒ tolleretur accidens eſſe, ſed neq̧ rurſus per quę loca conſtruitur vel deſtruitur, alia videlicet generica ⁊ propria problemata, per eadem etiam ad alia omnia ſm accidens. videlicet argumentabimus, ſed magis per ea ad accidens, ⁊ ad alia.

℄ Sola eniʒ ea, quę ad accidens, communia ſunt omnibus pꝛędictis. Ineſſe enim oportet vnumquodq̧ eorum, quę dicta ſunt. Si autem non vt propꝛium ineſt genus, nonduʒ interemptum eſt genus. Similiter autem ⁊ propꝛium non neceſſarium, vt genus ineſſe. Neq̧ accidens. vt genus, aut propꝛium, ſed ineſſe tantuʒ. Quare non poſſibile ex aliūs ad alia argumentari, niſi ad definitionem ſoluʒ. manifeſtum igitur, quoniam facillimuʒ omnium eſt terminum interimere. Conſtruere autem difficillimum.

℄ Videlicet non ſolius accidentis ſunt deſtructiua, ſed etiam alioꝛum. Etenim quęſitum de ipſo ſm accidens ſi ineſt ſolum, ⁊ in aliis ſimiliter quęritur, ſi propꝛium et genus ⁊ diffinitio ineſt rei. Si autem non conuertitur vt genus aſſignatum ad rem non tolleretur iaʒ vt genus ⁊ propꝛium ſi non vt genus. videlicet ſubſtantialiter aſſignatur, iam ⁊ non eſſe propꝛium erit oſtenſum, ſimiliter etiam in his ad accidens. Naʒ ſi non vt genus. videlicet ſubſtantialiter ineſt rei, vel ſi non conuertitur vt ppꝛiū, oſtendit̄ ⁊ non accñs eſſe, ⁊ ħ bene opʒ accidiſſe.

℄ Nam

¶ Nam & illa omnia oportet ſyllogizare. Et enim quoniam inſunt, quę dicta ſunt. Et quoniam genus eſt, quod aſſignatū eſt. Et quoniam propria eſt definitio, & adhuc p̄ter hęc, quoniam ſignificat quod quid erat eſſe oratio. Et hoc probe oportet feciſſe. Aliorū autem proprium maxime huiuſmodi, nam interimere quidem facilius. Quoniam ex pluribus plerūq; eſt. Conſtruere autem difficillimum. Quoniam multa oportet aſtruere, & adhuc quoniam ſoli ineſt, & quoniam conuerſim prędicatur de re. Facillimum autem omnium conſtruere accidens. Nam in aliis quidem non ſolum ineſſe, ſed & quoniam ſic ineſt, oſtendendum. In accidente vero, quoniā ineſt duntaxat ſufficit oſtendere. Deſtruere autem difficillimum eſt accidens, quia q̄ pauciſſima in eo data ſunt. Non enim conſignificatur in accidente quo modo ineſt. Quare in aliis quidem dupliciter interimere contingit, aut oſtēdēdo, quoniā non ineſt, aut quoniam non ſic ineſt. In accidente vero non contingit interimere, niſi oſtendendo, quoniam non ineſt. Loci igitur, per quos copioſi erimus argumentari ad ſingula problemata, fere ſufficienter enumerati ſunt.

¶ Inquit. oportet autem hic etiam. ſ. ſyllogiſmo concludere & oſtendere q͛ diffinitio ſubſtātiam rei ſignificat bene facere, ſi non occultum nec ſuperfluū aliquid ratio habet, ad quę plures nobis tradidit locos, ob id igitur & dicta omnia vt conſtituant diffinitionem difficillimum eſt, ſed magis difficile eſt conſtructione ipſum propriū q̄ alia problemata generica & accidentis, ſed facilius q̄ diffinitio. At deſtruere proprium facilius eſt q̄ alia, quia ex pluribus eſt, vel cum complicatione, vt plurimum aſſignatur, vt q͛ animal riſibile, q͛ etiam proprium eſt proprie tā q̄ cum complicatione aſſignatum. Dixit autem vt plurimum, quia aliquando etiam per nomen ſolum aſſignatur, vt proprium hominis eſt riſibile. Difficile igitur eſt conſtruere hoc cum complicatione, quia plura oportet accidiſſe & ſyllogiſmo concludere. Primū quidem q͛ proximum genus ſit accipere, pręterea q͛ ſoli ineſt homini animal riſibile, q͛ cōuertitur, ſed facilius promptiuſq; ad conſtruendū cęteris eſt ipſum accidēs. Nam ſat eſt ad conſtructionem eius ſolum oſtendere q͛ album ineſt Socrati, q͛ ſolum in aliis non per ſe ſufficiens eſt. Difficillimum autē (inquit) eſt etiam accidēs ad deſtructionē, quia ab vno loco incipimus oſtendere accidens mō ineſſe rei. Nō enim ad quęrendū ſi non ineſt vel ineſt accidēs rei, adhuc oportet quęrere, & ſi vt genus ineſt, vel vt proprium ob id igitur aliis problematibus dupliciter ſublatis, & ob id cum ſit facilis eorū deſtructio problemata ad accidens vno modo ſublata deſtructaq; ſunt, eo q͛ aliorum difficillima ſunt ad deſtructionem.

Finis Septimi Libri.

## ¶ ALEXANDRI APHRODISEI in Octauum librum Topicorum commentarium. Gulielmo Dorotheo Veneto interprete.

Poſt hęc autē de ordine & quonā modo oportet interrogare, dicendum.

VT IN p̄ libro quędā vtilia tractationi prius veluti in arte fatus eſt, ſic ēt in octauo demum q̄dā differit. Proponit igit̄ ipſe de trib⁹ capitibus dicere, primū qdē de interrogatione & reſpōſione, quando recta vtraq;, & quando peccat. Addit autem huic de interrogatione ea ad occultationem aſſumpta, & vniuerſaliter ea per quę interrogans cogeret reſpondentem vniuerſalē propoſitionem ei admittere, ſiquidem ſine hac nō poteſt ſylls effici. Item ſermoni de reſponſione additus eſt ſermo de diuiſione propoſitionum & ſignificatorum ambiguorū, & vniuerſalr ſermo de inſtantia, ideo & de his dicit. Quoniam autem problematum quęcūq; ſeruare prōptum eſt, hęc difficile eſt poſita confutare, verū eſt reſpondentis hoc. ſ. quam poſuit poſitionem tueri ac defendere, & interrogantis eſt confutare, vnde erit interroganti & reſpondenti ſermo de his, ideo & de his dicet poſterius, tamen de interrogatiōe, & prius de reſponſione dicit. Proinde primum caput eſt hoc, & ſm̄ quot modis oratio eſt vituperabilis & laudabilis, quia triplr̄, vel per ſe, vel vt ad problema, vel a diſputantibus altera. Nā cōtingit & orationem ipſam per ſe vituperabilē eſſe vel laudabilē, & hoꝝ vtralibet cū ſint p̄ ſe ad problema ꝯ̄ria ſunt, aliquādo aūt etiā quę bn̄ interrogari pōt ob inſcitiā alterius diſputātiū vitupabilis fieret. Et h̄ eſt 2ᵐ caput. Tertiū aūt q̄ro exercitaremur priuſq̄ ad orationes veniamus, & quę p̄paratio. Itē aliter, in p̄mo cū diuiſionē feciſſet dialecticoꝝ p̄blematū, & oſtēderit q͛ q̄tuor ſunt, atq; aſſignaſſet in libris poſt illum locos p̄blematū ad vnūq̄dq; genus, qb⁹ poterimus abūdare argumētis ad deſtructiōes p̄blematū, & ad ꝯſtructiones in h̄ q̄ vltimus eſt hu⁹ tractatiōis de vſu ipſoꝝ ſermonē fac̄. Nō eni ſufficiēs de ſe locoꝝ inētio dialectico ad ꝯcludēdū ſyllo p̄poſitū p̄ eoſdē, ſꝫ opus eſt ipſi & q̄lis ſit ordinis atq; vſus oſtēdere. Et cū hu⁹ ē q͛ dialectico ꝯ̄ aliū differt, & ex īterrogatiōe accipit p̄pōnes qb⁹ p̄poſitū concludit ſyllo, nam ob id ēt dialectica p̄pō determinata eſt iꝯterrogatio tradictionis eē. Itē opus eſt ipſi noſcere q̄lis ſit ordo interrogatoꝝ, q̄ſigdem nō eędē miſſiones videāt de eiſdē q̄uocūq; īterrogati ſe ſępe q̄ nō ꝯcederent ſimplr̄ īterrogātes hęc dant p̄ modū īterrogatiōis. Opꝫ igitur dialecticum etiā de ipſo īterrogare quādā experientiā vtq; artē hr̄e, vt p̄ modū īterrogationis accipe q̄ at ea q̄ ſunt vtilia ad p̄poſitū ſibi ſyllm. Et eſt ſilitudo ſm̄ h̄ rhetorices & dialectices. Nam vt rhetorem cum facit orōnes aliis, q̄ppe q̄ p̄plo vel theatro, vel iudici aut opꝫ poſt inētionē dicēdoꝝ diſtributionē eoꝝ noſcere vt q̄s ordo inuentoꝝ, & quę ſit explicatio ipſoꝝ & dicendi modus, ſic etiam dialectico opus eſt poſt inētionē locorum

in qbus demonſtrationis ꝓpoſitoꝝ ſunt ſcire quis ſit ordo inuētorū ⁊ apparatus ad interrogationem, atq; in his eiuſdem interrogationis que eſt ꝓportio dicēdi modo ipſius rhetoris, quia non ſolum dialectici eſt interrogare, ſed etiam reſpondere, vt etiam ipſe dixit principio huius tractationis. Nam dixit ipſi ſuſtinentes orationē nihil dicemus contrarium, ob id non de ſola interrogatione, ſed etiam de reſponſione facit ſermonem. Nam vt interrogātis eſt bene interrogare, ⁊ hoc eſt accipere vtiliter ꝙ vult, ſic etiam reſpondētis eſt bene reſpōdere ꝙ eſt eo ꝙ nil contrarium dat his que poſuit a principio. Ob id etiam quidam putant inſcribendum eſſe librum hunc de interrogatione ⁊ reſponſione. Verū alij de ordine ⁊ reſponſione, quia etiam ipſe de his dicere incipiens proponit. Item aliter cum oſtēderit principio preſentis tractatiōis ꝙ quatuor ſunt genera problematum aliqua ſm accidens alia generica, alia ꝓpria, ⁊ diffinitiua, ⁊ deinceps vniuſcuiuſq; peculiares locos aſſignaſſet deſtructiuos ⁊ conſtructiuos, ⁊ poſterius de ipſo eodem parum diſſeruiſſet, vt ad diffinitiua problemata vtile. Cum igitur in his omnibus aſſignaſſet, vnde debeamus accipere argumenta conſtruendi vel deſtruendi vnumquodq; ipſorū, nunc proponit oſtēdere de ordine ipſorum, quia non inordinate, ⁊ vt cōtingit temereq; ipſa ꝓferimus. Naꝫ optima diſtributio eſt ſcire q̄ primo ꝓferēda ſunt, ⁊ q̄ poſterius ⁊ nō velut rhetores, naꝫ illi nō vt natura ⁊ ordo poſtulat capita ponunt, ſed vt occaſio petit. Docet igitur qualia debemus prius ordinare, an ea a caſibus cognatiſq; q̄ illa a contrarijs, vel potius hec priuſq̄ illa, ſiquidem talibus pluribus abūdemus. Porro de hoc quomodo interrogandum ſit an ſm cōtradictionem, nam hoc dialectica methodus exigit.

¶ Oportet autem primum quidem eū, qui interrogare debet locum inuenire, vnde ſit argumentandum. Secūdo autē interrogare, ⁊ ordinare ſingula apud ſeipſum. Reliquū vero ⁊ tertium dicere iam eadem ad alterum.

¶ Inquit, oportet ſcꝫ eū qui interrogaturus ⁊ dialectice primum inuenire per ſe cōſiderātem locū, vnde dꝫ arguere ⁊ diſputare, ⁊ ſecundo formare per ſe interrogationē quomō proponentes ipſam dialectice, idest cōtradictorie, ceu nunquid anima imortalis eſt, vel non, ⁊ cū hoc ordinare ſuopte ingenio ſingula argumenta ⁊ quale primum opꝫ inferre atq; adducere, ⁊ q̄le poſt hec ⁊ deinceps, ⁊ tertiū prius afferre interrogationem.

¶ Quo quidem ad locū ipſū inueniēdū, ſiliter Philoſophi, ⁊ dialectici cōſideratio eſt. Verū illa ordinare iam atq; interrogare, ꝓprium dialectici eſt. Ad alterū enim omne tale eſt. Philoſopho autem ⁊ q̄renti per ſeipſum nihil cure eſt, ſi vera quidē ſint, ⁊ nota, ꝑ que eſt ſyllogiſmus, ⁊ nō ponat ea, q reſpōdet. Quoniam ꝓpinqua ſunt illis, q̄ ſunt ex principio. Et preuidet, qđ ſubſecuturū eſt. Sed fortaſſe ⁊ ſtudioſe aget, quoniā maxime note, ⁊ propinque ſunt dignitates. Ex illis enim ſciētifici ſyllogiſmi. Loca igit̃, vnde oportet ſumere, dictū eſt prius. De ordine autem, ⁊ interrogatiōe dicendū, diuidēdo ꝓpoſitiones p̄ter neceſſarias, quecūq; ſumēde ſunt, ſi quidē neceſſarie dicūtur, ꝑ quas ſyllogiſmus fit.

¶ Quo igit̃ ad inueniendū locos ab eiſdē inquit locis a qbus nitit̃ dialecticus ꝯſtruere ⁊ deſtruere, ab eiſdem nitit̃ etiā demōſtratiuus, ⁊ quo ad abūdādū talib' argumētis ⁊ vtriuſq; eadē ꝯſideratio eſt. ſ. dialectico ⁊ demonſtratiuo, ſed ꝓpriū dialectici eſt ordinare inuētos locos ſuopte marte ⁊ facere vt p̄fati ſumus. Dialecticus autē merito hec facit, q̄a ꝓponit inuēta ad alterū, ſꝫ dēmōſtrās per ſe q̄rēs verū nō tātū ſtudij adhibet diſſerendo an veraꝫ ⁊ notā ꝓpōnē accipiat, q̄ſiqdem nō ſibi ſit neceſſe vt hāc cōceſſam a rńdēte accipiat. Nō eni iterrogat ſed accipit ꝑ ſe. Facit aūt hec demōſtrās, quia ꝓpōnes ſumpte ſunt cognate poſito ꝓblemati ex principio, ⁊ q̄a ſtatim ꝓuidet ex ꝓpōnib' cognatis q̄ ſit euētura ꝯclō. Nā accipit ꝟ.g. ꝙ aīa ſeipſa mobilis que eſt ꝓpoſitio vera ⁊ nota, ⁊ proxime continuanda huic ꝙ anima imortalis. Naꝫ ⁊ ſi diſputans vna cum dialectico non concederet hanc, quia mox vnaq; videt concluſionem ex hoc, tñ ille accipit hāc, ⁊ ob id maxime ſtudiū adhibet q̄tenus ſit apta nata eſſe nota ⁊ cognata ꝯclōni ⁊ prime ac immediate accepte dignitates. videlicet propoſitiones, nam ex his fiūt ſyll'i dēmōſtratiui, ſꝫ dialecticus nō accipit h' ſic, neq; eniꝫ cōcederet hec diſputās cū dialectico, q̄a ꝓuidet qđ euenturū ſit ex cognatis ⁊ ex proximis ꝓpoſitionib', ſꝫ curā adhibet ⁊ ad hcētiam q̄ō lateat diſputātē vt cōcedat ꝙ vult, vt iterrogat alterū de his duob' an aīaꝫ moueat, vel ipſa ſeipſaꝫ mouet, ⁊ ꝯcedēte ꝙ ſeipſaꝫ mouet inducit eē ꝙ ſeipſm mouet ꝑ ſe mobile ē, h' aūt imortale eſt, igit̃ ⁊ aīa imortalis, accepit igit̃ hanc lōge, vt lateat rńdētē, ⁊ ipſe ꝯcedat ꝓximā, ⁊ ſic cōcludet ꝯcluſionē.

¶ Que aūt p̄ter has ſumūtur, q̄tuor ſunt, aut eni g̃ra iductiōis, vt det̃ vl'e, aut ad magnitudinem orationis, aut ad occultationem cōcluſionis, aut vt dilucidior ſit oratio. Preter autē nulla eſt aſſumenda propoſitio, ſed ꝑ has augere, ⁊ interrogare tentandum. Sunt autē que ad occultationem, certaminis gratia, ſed quia omne negotiū, quod huiuſmodi eſt, ad alterū eſt. neceſſe ⁊ illis vti. Neceſſarias igit̃ per quas fit ſyllogiſmus, non ſtatiꝫ ꝓordinādum, ſed abeundum ad ſuprema, vt non poſtulet quis cōtrarioꝝ eandē diſciplinā, ſed oppoſitorum. Poſito enim hoc, ⁊ quoniam cōtrarioꝝ eadem diſciplina eſt, ſyllogizabit, quoniam ex oppoſitis contraria ſunt. Si vero illā non ponat, per inductionem ſumendū ꝓponenti in particularibus contrarijs.

¶ Oportet diuidere (inq̄t) propoſitiones quaſcūq; accipere debemus nec̃ias. Dicit aūt nec̃ias has nō, q̄a ſint nec̃ie materie, ſꝫ q̄a ad minus ex duab' extremitatib' nec̃io cōcludit̃ ꝯclō, ſed dialectici etiaꝫ plures q̄ duas accipiūt. Ipſe aūt plures ſunt quatuor, videlicet ſm quatuor modos accipiuntur, vel enim inquit gratia inductiōis. Naꝫ vtuntur inductione, vt accipiant ex particulari vniuerſale, ⁊ ſic inducunt proximam, aut ad magnitudinē orationis. idest vt videatur auditoribus ſapiēs ſuperfluas propoſitiones in oratione interſerit atq; inſinuat, ⁊ ipſam orationem prolixam effecit, vt nūquid voluptas ſit ſm naturam: Nonne hoc natura ⁊ ipſa natura idem eſt,

vel

vel diuerſum, cur ſm naturam non eſt eligibile: ⁊ eligibile non bonum: voluptas igitur bonum, eçdem aſſumpte propoſitiones ſuperflue ſunt ⁊ non vtiles ad cõcluſionem, ſed aſſumpte fuerunt gratia faciendi bonã magnitudinem orationis. Aut ad occultationem concluſionis, quando acceperit etiam proſyllogiſmos contrariorum propoſitionum, vt neceſſarię propoſitiones ſunt proxime continuande concluſioni, ⁊ eſto cõcluſio ꝙ ſalubre ⁊ morbidum ſunt oppoſita, igitur neceſſarię propoſitiones ꝙ ſalubre ⁊ morbidum contraria ſunt, ⁊ cõtraria oppoſita, igitur ſalubre ⁊ morbidum ſunt oppoſita. Vnde dialecticus volens occultare id ei qui ſecum diſputet forte non propter minorem propoſitionẽ quã non concedit, ipſam ſic proſyllogiſmo probat, ſalubrẽ ⁊ morbidum ſunt inter ſe corruptiua, ſed quę inuicem ſe corrumpunt ſimul eſſe impoſſibile eſt. Hęc autem cõtraria ſunt, igitur corruptiua inter ſe ſunt ꝯtraria. [Aut vt dilucidior ſit oratio]. Nam ponitur ab ipſis ſępe propoſitio nihil plus ob aliam ſignificans, ſed vel ſolũ hãc manifeſtans. Pręter has (inquit) impoſſibile eſt accipere aliam propoſitionem ſuperfluam, ſed vel per hęc. videlicet per vnum dictorum quatuor modorum augere ſimul orationem vt interrogare dialectice. Nam vnde impoſſibile eſt accipere propoſitiões ſuperfluas, ſunt autem ad occultationem incertamen aptiores. videlicet quę ſunt maius ſophiſtice. Nam in oratione interrogatum ⁊ amicum magis contentionis cõtingit abnuere ⁊ reſpuere ⁊ non ſequi rationem interrogatorum ⁊ poſitorum. Vtile autem erit dialectico ad occaſionem vti occultatione, ⁊ ſic interrogare. Nam ob id intulit, ſed quia omnis talis tractatio ad alterum eſt ⁊ cętera. Et dixit. ſed per hos augere ⁊ interrogare tentandũ eſt, ideſt ſed has ſolas oportet extrinſecus addere, nam accipere eſt indicatiuum additionis earum ob neceſſarias, igitur neceſſarias ſtatim non eſt pręordinandum, ſed abeundum eſt vſqꝫ ad ſuprema, ideſt vſqꝫ ad vniuerſaliora ⁊ cõmuniora, ſi per ſyllogiſmum aſſumptionem neceſſariorum faciemus. Si autem non poſitum fuerit per inductionem ſumendum eſt, ideſt ſi vniuerſale ⁊ ſuperius neceſſaria propoſitione voluerimus accipere, ⁊ nõ concederet reſpondens, tentandum eſt per inductionem accipere non vniuerſalem ⁊ ſuperiorem, ſed neceſſariam. Nam efficacior cõmunior eſt his quę in minus ſe habent, quę ſub illa ſunt, oportet autem accipere per inductionem propoſitum, ⁊ erat hoc neceſſarium contrariorum vnam eſſe ſcientiã, aſſumemus ꝙ paris ⁊ imparis quę ſunt contraria eadem ſit ſcientia, nam eſt arithmetica. Item bone habitudinis ⁊ male habitudinis eadem ſcientia eſt, quippe quę ſit exercitatiua. Item virtutis ⁊ malitię eadem, quandoquidem ſit moralis philoſophia. Item diuitiarum ⁊ paupertatis, nam ſuppeditandi inueniẽdiqꝫ perita, ⁊ ſic inducentes augebimus hoc ꝙ contrariorum omnium eadem ſit ſcientia.

**¶ Nam aut per ſyllogiſmum, aut per inductionem neceſſarias ſumendum, aut has quidem inductione, illas autem ſyllogiſmo. Quęcunqꝫ autẽ valde manifeſtę ſunt, illas quoqꝫ opꝫ protendere. Nam quod ſequuturum eſt, in abſceſſu, ⁊ inductione immanifeſtius eſt.**

¶ Quia neceſſe ⁊ proxime oſtenſe concluſioni propoſitiones duę ſunt, vt oſtenſum eſt in libro de priori reſolutione, cenſet quando non fuerint hę per ſe notę, ſumendas eſſe ambas per ſyllogiſmum, vt ſint quidam proſyllogiſmi facti, vel ambas per inductionem, vel vnam per ſyllogiſmum ⁊ aliam per inductionem, quod quidem faciũdum eſt in his quę non ſunt per ſe nota. Nam quęcunqꝫ (inquit) valde manifeſte ſunt neceſſariarũ oportet has protendere offerre, non enim erubeſcunt ꝯtradicere manifeſtis, vt ꝙ omnis numerus par vel impar eſt. Nam ſi reſiſtunt ⁊ contendũt, videntur ad manifeſta inſtare ſeruantes increpationem ab audientibus. Ceterum ſubiũgit ꝙ ſemper imanifeſtius eſt. ſ. cum dixerit quomõ opꝫ neceſſarias accipere ꝓpoſitiones ſi non valde fuerint ꝑſpicue, ꝙ oporteat per ſyllogiſmum ſuperiora accipere, vel per inductionem, cauſam qua ſic oportet accipere, aſſignat. Nam inqt ſit imanifeſtius ꝙ ſecuturum ⁊ ꝯcludendum ſit in abſceſſu. i. in aſſumptione vlis, ⁊ in inductione, igitur quia imanifeſtius eſt ꝙ ſecuturum illud accipimus ꝙ ſit neceſſarium, ⁊ quia nil vetat, ẽt ſi non illa via vtimur vt hanc concedat aliquis ad aſſumptionem neceſſariarum, tales neceſſarias ⁊ vtiles oblatas putat ſumendas eſſe. Item dixit imanifeſtius, quia ſemper in abſceſu conſtructiuum eſt ſuperioris ipſum imanifeſtiꝰ, quandoqdem opus ſit recurrere ad vlius, vel vti inductione. Nam quanto aliquis vlioribus vtitur, ⁊ quãto abſcidit a proximis propoſitionibus in remotiora, vt ſi ꝓ contrarijs accipiat oppoſita, aut inductione ꝙ conſoni ⁊ inconſoni muſica eſt ſcientia, tanto imanifeſtior ſit cõcluſio quę euẽtura eſt. Nam acceptis vlioribꝰ aut in inductiõe particularium non ſtatim diſputans intelligit ꝙ cõcludendum eſt ex acceptis propoſitionibus, proinde ſi concederetur ꝙ oppoſitorum eadem eſt ſcientia, promptum eſt ſimul offerre proponereqꝫ ſtatim ipſas vtiles, videlicet ꝙ contrariorum eadem ſit ſcientia, quãqꝫ nequeat eas accipere, quia illo modo non datur a diſputante. videlicet ſi interrogans non recurrit ad vniuerſalius, vel non vtebatur inductione.

**¶ Pręterea ſimul ipſas vtiles protẽdere erit ei, ⁊ qui non põt illo modo ꝓ̃pter ſumere.**

¶ Vtiles inquit. ideſt neceſſarias.

